

mentis, quæ contra se sunt, & an iuramenta eorum, vel Iudeorum eos ligent? Et quoad primum indubium videtur, de omnibus instrumentis indistincte loqui nostram l. inter ipsos Mauros, & per ipsos confecta tam in suum fauorem quam contra se: tum, quia l. nostra generaliter & indistincte loquitur: tum etiam, quia hæc fuit concordia sumpta cum illis tempore conversionis suæ paulo antequam ad nostram fidem converterentur, ut patet ex primo nostræ l. Porque al tiempo que los Moros del Reyno de Granada se convirtieron, se asento, que todas las escrituras que tuviessen hechas hasta el día de su conversión, les fuesen guardadas. Y porque de no se auer becho assi han recibido muchos agravios, por ende mandamos, &c. Et licet ex hoc versículo, y por que de no se auer becho assi, &c. videbatur prima quidem facie dicendum loqui tantum nostram legem de instrumentis factis in fauorem Maurorum, non vero contra se. Attamen eadem ratione idem dicendum est in instrumentis a se confectis in fauorem aliorum Maurorum, cum aliis, in quorum fauorem sunt confecta, idem grauenem parentur. Secundo, & denique cum sint contractus hinc inde obligatorii, & sic correlatiui dictum de vno contrahente censetur dispositum in altero, l. Labeo, §. contrahum, ff. de verborum significatione: tempore enim traditionis rei suæ potest quis apponere conditiones & pacta, quæ voluerit & seruanda sunt, l. 2. traditionibus cum simul, ff. de pact.

Eisdem rationibus idem probandum venit de contractibus & instrumentis a Christianis confectis in fauorem Maurorum ante eorum conversionem, & in ab his confectis in fauorem Christianorum ratione qualitatibus seruandæ, & ut commercia antea facta & celebrata illæ remaneant.

At vero circa iuramenta Maurorum, an sint seruanda, similiter & Iudeorum: In Mauris videtur absolutum per nostram l. ibi: T con las fueras, y por la forma y manera que se guardauan entre ellos siendo Moros, y conforme a sus leyes, y que en las otras escrituras que entre ellos se ouieren becho despus que se convirtieron a nuestra Santa Fe Catholica se guarden las leyes de nuestros Reynos.

In Iudeis autem videndus est Tiber. Decian. in 1. tom. trati. crimin. in lib. 5. cap. 12. num. 25. vbi latè agit plures DD. referens, & resoluit quod Iudeus ligetur iuramento, & illud seruare cogatur, aliis si peierat veniendo contra proprium iuramentum puniatur à iudice Ecclesiastico, quando à suis iudicibus & magistris non punitur, si perituri sit commissum inter Iudeos ipsos, id est, violatum iuramentum prælitum Iudæo. Quod si prælitum sit Christiano, tunc compelli possit ut seruaret iuramentum, & puniri possit si transgrediretur, ex eo quod sub religionis specie Christianum falleret. Si ergo contractus fieret à Iudæo cum Christiano, & iuret seruare, vel si Christianus deferat iuramentum Hebræo decisionem, vel si vti testis in causa Christiani deponat & peierat, poterit de peritio puniri, est id iuret secundum legem Moyli, & per decem præcepta, ut solent iurare Hebræi, vel etiam iurent per Christum: nam licet prohibeatur Iudeus iurare per Christum si tamen iurat cogere obferuare, ut ibidem probat adducens Doctores pro singulis supradictis. Inabit igitur Iudeus, cum admittitur in testem de veritate dicenda, non super Euangelia (quibus non credit) sed super legem suam, ut probat Mascardus 2. tom. de probat. conclusione 877. ex num. 12. & conclusio 944.

ex n. 15. & Petrus Moncud. in addit. ad Crotum, in trati. de testib. 4. p. num. 15. 1. & Petr. Zened. in collectan. 83. in Decret. num. 2. Quod autem diximus Iudeum iurando obligari, plures etiam auctores contra alios probant, quos refert Stephan. Lamberteng. de contrahib. post. glossa in verbo finis, n. 8. & 59. pag. 439. vbi num. 60. hanc opinionem affirmatiuam sequitur, & veterem arbitrat: quoniam dubium non est legi Moysæ, & sic veteri Testamento esse adstrictos, & ad eius obseruationem per secularem quoque iudicem cogi posse, ut ibi probat. Et num. 61. intelligit, ut non solum per laicum iudicem cogi possit Iudeus ad iuris iurandi obseruationem, sed etiam per summum Pontificem, aliumque iudicem Ecclesiasticum. Et num. 63. inquit, quod præfata opinio affirmatiua, quæ habet quod Iudeus iurando obligetur, præsertim procedit si res agatur inter Iudeum, & Christianum, secundum Paul. de Castro consil. 90. vbi quoddam scripturæ, fin. versiculo, si tamen lib. 2. secus si iuret in contractu cum alio Iudæo factio: & quod hanc distinctionem sequitur Maranta de ordin. Iudæis, p. 5. 1. vsque ad n. 58. vbi latius declarat obseruandum esse sine dubio iurandum à Iudæo prælitum, quomodo interpositum est super actu valido, puta testimonium perhibendo, ut scilicet si tunc Iudeus falsum iuret de peritio coerceri possit.

SUMMARY.

- 1 Iudeus an possit habere Christianum mancipium, & qua pena puniatur? n. 2. & 3.
- 2 Legatum factum Iudæo, Mauro, aut Hæretico Christiani mancipii, an valeat?
- 3 Mancipium Christianum Iudæo seruare non potest, attento iure Canonico, aliis Christianus potest eum redimere duodecim solidis, siue ad ingenuitatem, siue ad seruitutem.
- 4 Iudei possunt habere ascriptitios ad excolendas terras.
- 5 Iudei causa mercium emere possunt nondum ad fidem conuersos, & quid si hi postmodum sint, vel fieri desideret Christiani?
- 6 Seruus Iudæi si ad fidem Christianam se conferte voluerit, & à Domino Iudæo prohibeatur gravissimis penis castigabitur Iudæus, &c. v. hic.

An Iudei possint habere Christianum mancipium?

In l. 14. tit. 1. lib. 8. nou. collect. Reg. QVÆSTIO XXXI.

VARO circa hanc l. 14. præcipient, que los Moriscos no compren, ni tengas esclauos, &c. an Iudei possint tenere Christianum mancipium? Et videtur prima facie posse, cum in hoc titulo agatur de Iudæis & Mauris, & lex nostratantum loquatur en los Moriscos.

Nihilominus tamè Iudæis remanet res sub dispositione iuris communis, argumento l. commo-dissime ff. de liber. & post. cum simul. ius autem civile prohibet ne vilius Christianum mancipium audeat comparare: nefas enim æstimant Honorius & Theodosius Imperatores religiosissimi famulos impiissimorum emptorum dominio inquirari, ut in tit. C. ne Christi. mancip. & plura de hoc Concilia adducit D. Simanc. de instit. Catholice.

tholic. tit. 61. num. 16. vbi etiam & leges regias.

Quod si Iudæus teneat Christianum mancipium exilio multatur, & seruus ille confectum sit liber, etiam si donatum fuisset sibi mancipium illud, ut in l. 1. C. Christi. mancip. Et licet ibi imponatur pro hoc crimine pena capitalis, glossa tamen & omnes ibi interpretantur exilium: idem probatur in l. vltim. §. his iura dispositis, C. de Episcopis & clericis, secundum Tyber. Decian. 1. tom. trati. crim. lib. 5. c. 12. n. 30.

Hodie vero per legem 10. tit. 24. part. 7. seruus fit liber sine solutione pretij, & Iudæus emens seruum, quem sciebat esse Christianum punitur pena mortis, idem probat etiam l. fin. in princip. tit. 21. part. 4. vbi quod etiam perdit omnia bona sua & sunt Regis, necnon & Mauris & Hæreticis: nec valeat legatum serui Christiani factum Iudæo, Mauro, aut Hæretico, l. 13. in versic. & ann. de jmor. tit. 9. part. 6. & ibi Gregor. Lopez in glossa no es valedera alia iura allegat: nec valet promissio huiusmodi, l. 21. tit. 1. part. 5.

Iure autem Canonico cautur in c. 1. de Iudæis, ut nullum mancipium Christianum Iudæo seruiat, & quod Christianus possit redimere duodecim solidis, siue ad ingenuitatem, siue ad seruitutem. Possunt tamen Iudæi habere ascriptitios ad colendas terras, modo illis maiora onera non imponerent, ut in c. 1. eod. tit. Hodie vero, cum non possint habere immobilia, frustratoria erit exceptio ista secundum Tyber. Decian. vbi supra.

Causa tamen mercium emere possunt nondum ad fidem conuersos. Quod si hi postmodum facti sint, vel fieri desideret Christiani, datis duodecim solidis pro quolibet ab eorum seruitio subtrahuntur. Quod si intra tres menses ipsos venales non expoluerint, vel ad sibi seruiendum emiserint ipsi Iudæi, nec vendere, nec alij audeant eos comparare, sed nullo pretio dato perducantur ad

premia libertatis, c. fin. de Iudæis, & inquit dicta lex fin. versiculo pero si, tit. 21. part. 4. que si lo comprase con intencion de lo vender deselo fazez hasta tres meses, & que si ante que estos tres meses se cumpliesen irabajandose el señor de venderlo se tornase Christiano, no perderia por ende el Iudæo, o el Moro todo el precio que ouiesse dado por el, &c. de quibus ibi.

Quod si seruus Iudæi ad fidem Christianam se conferte voluerit, & à domino Iudæo prohibeatur, grauissimis penis castigabitur Iudæus, & fiet liber seruus ille, nullo dato pretio tam iure civili quam Canonico, ut habetur in iuribus præallegatis, & ex illis deducit Tyber. Decian. vbi supra, num. 30. Neque ideo minus libertatem consequuntur serui, quod domini eorum hæretici, vel Iudæi ad fidem Catholicam fortè conuersi fuerint: nam & si ad Ecclesiam unitatem intra tempus gratiæ redierint, & omnia illis bona fuerint à Rege concessa, seruatorum tamen dominium recuperare non debent, quia libertas quocumque modo data reuocanda non est, ut cautur in instructione Hispanice. cap. 24. & probat Simanc. de instit. Catholice. c. 61. num. 9. expressa l. 8. tit. 21. part. 4. ibi: E magnor despus deslo se tornase Christiano, aquel que era señor no le finca por ende derecho en este, & tal que fue su seruo se torno Christiano ante que el, vbi Gregor. Lopez in glossa deslo, inquit, quod si dominus simul cum seruo converteretur ad fidem non perderet dominium serui, sicut non perderet Princeps, qui simul cum populo suo converteretur ad fidem, dominium & iurisdictionem, argumento cap. Iudei (segundo de Iudæis, & in extranaganti Joannis XII. incip. Dignum, sub tit. de Iudæis inter Extranagantes communes. Sed si ex hoc immineret periculum fidei, posset sibi auferri iurdictio & dominium.

AD TITVLVM TERTIVM,

De los Herejes, Reconciados, y Adiuinos, Hechizeros, y Agoreros.

SUMMARY.

- 1 Hæresis definitio, & numeris sequentibus, præcipue, num. 4. cum pluribus seqq.
- 2 Hæreticus, Apostata, & Schismaticus differunt inter se, & quis sit unusquisque horum? & num. 3.
- 3 Fornicationem simplicem affirmans non esse peccatum, est indicandus Hæreticus.
- 4 Hæresis ab electione discitur.
- 5 Hæreticus ad hoc, quis propriè dici possit plura requiruntur, de quibus hic & numeris sequentibus.
- 6 Hæreticus ut dici possit quis, debet esse prius Christianus baptizatus: aliis à iudice seculari puniri possit, ut in n. 31.
- 7 Natus & conuersus inter Christianos in dubio præsumitur baptizatus, secus si sit natus inter Infideles.
- 8 Baptizatum se esse probabili errore ductum pu-

tans, cum verè baptizatus non sit, an propriè censetur Hæreticus, si postea hæres aliquam infestus fuerit?

34 Hæreticus est, qui verè baptizatus, vel probato se gerens pertinaciter errat, vel tenet contra Catholicam veritatem.

35 Catechumenus, qui constanti animo baptismum suscipere statuit, & postea in hæresim lapsus fuit, an propriè Hæreticus dicendus sit?

36 Infans baptizatus, qui captus ab Infidelibus ante usum rationis didici impietatem eorum, an sit censendus Apostata? & numeris seqq.

37 Hæreticus nemo fit absque errore intellectus. Exemplum ponitur n. 40. & 41. & error esse debet in fide Catholica, ut in exemplo de quo hic, num. 42. 43. & 44.

45 Ecclesia Catholica, ut regitur ab Spiritu Sancto, non potest errare in fide, & in determinationibus suis dicitur Magistra veritatis.

46 Hæreticus ad hoc ut talis censetur scientia requiritur, nempe, ut scierit quis erret in fide Catholica.

- Catholica, approbando falsa pro vera, incerta pro certa vel contra.*
- 47 *Dubium in fide Hæreticus est, si cetera concurrant, quæ ad Hæreticum requiruntur. Et quomodo hoc procedat declaratur num. 48. cum pluribus seqq.*
- 60 *Pertinacia etiam requiritur ad faciendum verum, & absolutum Hæreticum.*
- 61 *C. super quibusdam, de verb. signific. in intel. lectum.*
- 62 *Propositio an sit & dicatur aliqua Hæretica secundum se considerata sine ullo respectu ad proferentem?*
- 63 *Hæreticus an sit, qui metu mortis, tormentorum, vel ex alia causa Christum ore negat, corde credit, & num. 64.*

DE HÆRETICIS.

In l. 1. tit. 3. lib. 8. nou. collect. Reg.

QVÆSTIO XXXII.



VERO circa hanc legem 1. tit. 3. lib. 8. nou. coll. reg. de definitione Hæretici? Et ut rectius hoc intelligatur liceat mihi rem à suis principiis enarrare.

Vbi soli iustitie Christus Iesus in terris visus est, & lux Evangelice veritatis in toto orbe resulsit, obmutuerunt idola demones fugati sunt, & idolatria omnis detectis fallaciis Satanæ reiecta, derisa & contempta est. Videns autem inimicus (vt ait Cyprianus de simplici. prel.) idola derelicta, & per nimium credentium populum sedes suas, ac templa deserta, excogitauit nouam fraudem, vt sub ipso Christiani nominis titulo fallat incautos: Hæreses inuenit & Schismata, quibus subuerteret fidem, veritatem corrumpere; scinderet vnitatem. Quod ipsum renouans Augustinus. lib. 18. de ciuit. Dei. c. 5. inquit: Videns diabolus templa demonum deserta, Hæreticos mouit, qui sub vocabulo Christiano doctrinæ resisterent Christianæ. Nicephorus quoque in Ecclesiastica histor. lib. 4. c. 2. & lib. 8. cap. 5. semel atque iterum hæc eadem latius retulit, & post eum recentiores.

2. Differunt autem inter se Hæreticus, Apostata, & Schismaticus, nam vt ex nostris professionibus constat: Hæreticus propriè dicitur, qui recedit ab Ecclesia in vna vel duabus, vel tribus propositionibus, & sic, qui non deserit totam Catholicam fidem, Apostata autem qui in omni fide recedit ab Ecclesia. Schismaticus vero dicitur ille, qui diuidit vnitatem Ecclesiæ adherendo & credendo, quod Ecclesia possit habere plura capita, & sic non tenet vnitatem Ecclesiæ, vt docet post alios Cantera Inquisitor Apostolicus in Regno Murcie in quest. crim. c. 1. de Hæret. apost. & schismat. n. 2. ad fin. Et prædictam differentiam inter Hæreticum, & Apostatam, tenet Guid. Carmeli. in sua summa de Hæres. cui se subscribit Ioannes de Turrecem. in sua summa Ecclesiast. lib. 6. p. 2. cap. 13. & plerisque placet, vt constat à Ioanne à Rojas plures referente, de hæret. in 1. p. n. 186. & 187. & D. Simanc. de instit. Cathol. tit. 3. n. 13. vbi eam defendit ab impugnacionibus Alphonsi à Castro, quoniam eius argumenta omnia eò tendunt, vt Apostatam Hæreticum esse probent: quod quidem nemo fere Doctorum negat.

3. Est enim Apostasia circumstantia hæresis, vt

ait Beatus Thom. nec ideo seungunt hæresim ab apostasia, quod putauerint esse vique adeo separatas, vt eidem conuenire non possint, sed quia sit apostasia tam insignis diuersaque ab aliis hæresibus, vt vix aliquis sit, qui hæresis nomine apostasiam intelligat: quia definitione ac nomine ab hæresi distincta, & iure Ciuili, tam diuersa, & separata, est vt Hæreticus ad fidem conuersus Cæsarum legibus admittatur; Apostata vero non item. Hæc Simanc. vbi supra. Est autem Schisma, vt per Tolet. in summa lib. 1. c. 19. pag. 63. vers. decimum genus, rebellis separatio ab Ecclesiæ capite, & Vicario Christi. Sunt enim duo necessaria ad peccatum hoc contrahendum, vt habet S. Thomas, 2. 2. q. 9. art. 1. ad 2. Alterum, vt homo se separet ab Ecclesiæ capite, scilicet summo Pastore, & Vicario Christi, per inobedientiam, non obediendo ipsi. Alterum, vt sit hoc cum rebellionem quadam, nimirum, pertinaciter ipsius iudicium subire nolo, eiusque præceptum contemnendo. Talis est schismaticus. Est autem aliquando & schisma coniunctum cum hæresi, aliquando sine hæresi. Cum hæresi quidem, quando homo opinatur, Pontificem Romanum non esse Christi Vicarium, nec caput totius Ecclesiæ: hæc enim hæresis est. Sine hæresi autem est, quando interius quidem non negat esse caput; tamen malitia, vel passione tractus non vult ipsum recognoscere, nec talem opere confiteri: tunc est schisma purum sine hæresi. Vnde omnis Hæreticus est etiam Schismaticus, non tamen omnis Schismaticus est Hæreticus, quamuis 24. quest. 3. can. inter hæresim. Hi igitur Schismatici incidunt in hanc excommunicationem, etiam si nullam hæresim habeant admixtam.

Ad definitionem igitur Hæretici deueniendo, plures assignant Doctores, quas congerit D. Simanc. disto. tit. 3. 1. easque summam referam.

Prima: Hæreticus propriè est, qui sibi ex suo arbitrio doctrinam fallam eligit.

Secunda ex Diuo Augustino: Hæreticus est, qui alicuius temporalis commodi, & maxime vanæ gloriæ, principatusque sui gratia, fallas, ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur.

Tertia est Cassiodori: Hæreticus est, qui diuine legis vel ignorantia, vel contemptu raptus, aut noni pertinax inuenitor erroris, aut alieni sectator, Catholicæ veritati mauale aduersari quam subleui.

Quarta est Iustiniani sic asserentis: Hæreticos dicimus, quicumque diuersarum sectarum sunt, & insuper quicumque membrum Sanctæ Dei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ non sunt, in qua omnes totius orbis Patriarchæ, & Episcopi vno ore Apostolicam fidem & traditionem prædicant. Qui igitur incontaminata communione in Catholica Ecclesia cum Dei Sacerdotibus non participant, optimo iure vocamus Hæreticos. Tameñ Christianorum veri nomen imponunt, eo tamen ipso, quod à veri Christianorum fide pariter & communione se ipsos separant, Dei se iudicio subdi cognoscunt. Hæc Iustinianus in constitutione de mulieribus fide Hæreticis.

Quinta est Valentin, & Martiani. in l. qui 8. c. 8. de hæret. & l. 1. c. de summa Trinit. & fide Catholice. qui eos dicunt Hæreticos, qui non credunt quæ in Synodis, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesine, Calcedonenſi decreta sunt, quæ credenda Athanasius, Theophilus, & Cyrillus Episcopi Alexandrinæ ciuitatis.

Sexta

9. Sexta est Anselmi, siue Henrici: Hæreticus est qui generalis Ecclesiæ doctrinam deserens errorem sibi peruersi dogmatis eligit, quem specialiter sequitur.
10. Septima est Thomæ in Epistolam Pauli posteriori ad Corinth. Hæreticus est, qui spemens disciplinam fidei, quæ diuinitus traditur, pertinaciter proprium errorem sectatur, & idem alibi: Hæreticus est qui à Christiana fide, quæ Catholica dicitur, discedit contrariæ opinioni vehementer inhaerens per electionem.
11. Octaua est Lucij III. qui illum hæreticum esse definit, qui de Sacramentis Ecclesiæ aliter sentit, vel docere non metuit, quam sacrosancta Romana Ecclesia prædicat, & obseruat.
12. Nona est Gerson. dicentis: Hæreticus est, qui scienter tenet contrarium eius quod sequitur consequentia necessaria ex Sacris litteris.
13. Decima est generalior Syluestri: Hæreticus est, qui circa ea quæ sunt fidei errat per intellectum, & pertinaciter adhæret errori per voluntatem.
14. Vndecima: Hæreticus est, qui errat in fide, & Hæreticus, 24. q. 3. c. ad abolendam, de her.
15. Duodecima est Origenis ab Alberto Pighio relata: Hæreticus est, qui se Christo credere professus aliud de veritate Christianæ fidei credit, quàm habet definitio traditionis Ecclesiasticæ.
16. Decima tertia est Lindani: Hæreticus est, qui sese Christo professus credere aliter de fidei Christianæ dogmatibus sentit, quam pietatis regula, atque Ecclesiasticæ obseruationis puritas exposcit.
17. Decima quarta est Ricardi: Hæreticus est, qui proficitur Christum, & eius dogmata corrumpit.
18. Decima quinta, est Joan. Torquemada: Hæreticus est, qui post susceptam religionem Christianam Christi fidem generaliter profitens, aliquam in specie opinionem contrariam Catholicæ veritati pertinaciter tenet, vel sequitur. Loca authorum, qui ita definiunt hæreticum, citat Simanc. vbi supra.
19. Decima sexta definitio est: Hæreticus est, qui aliter sacram intelligit Scripturam, quam sensus Spiritus Sancti flagitet, fallas nouasque sequitur & defendit in fide opinionibus, & hæresis, & c. Hæreticus, 24. quest. 3. c. 6. quoniam, 38. distinctione, refert Petr. Greg. in synagoga iurum vniuersi lib. 33. c. 4. num. 15. in 2. p.
20. Decima septima est Alphonsi à Castro lib. 1. de iusta hæret. puni. c. 7. huiusmodi Hæreticus est, qui postquam verum baptismum suscepit, & fuit in fide Catholica sufficienter instructus, pertinaciter errat contra id, quod scit ab Ecclesia Catholica pro fide teneri, siue oppositum veritatis asserens, siue de ipsa veritate dubitans, vt bene sibi eam probant, & referunt Simanc. vbi supra. n. 4. & D. Canter. etiam vbi supra, num. 2. Sed & idem Alphonsus à Castro lib. 1. de iusta hæret. puni. c. 1. hanc distinctionem ponit inter alias, scilicet. Hæresis est enunciatio, seu propositio fallæ, fidei Catholice ita repugnans, vt cum illa simul esse non possit. Et hanc distinctionem magis communem & veram videri inquit Cantera vbi supra, num. 1. pag. 365.
21. Decima octaua ponit Didac. Perez in l. 1. tit. 1. ordin. col. num. 31. quod Hæreticus est homo baptizatus errans per intellectum in his, quæ sunt fidei Christianæ, manifestæ fidei deliberate non credens, pertinaciterque & voluntarie errori adhærens.

Præfix Criminalis.

Decima octaua est: Hæreticus est, qui aliter de articulis credit, quam statuit Romana Ecclesia, textus in c. hæc est fides, & in c. quoniam, 24. q. 1. cuius fides annuntiat in vniuerso mundo, ad Roman. c. 1. quivè de Sacramentis Ecclesiæ male sentit, & ad abolendam, de heret. Petr. Greg. vbi supra disto. n. 15. in fin. Hanc etiam latius prosequitur Conradus Brunus lib. 1. de hæret. c. 2. dicens: Ilum hæreticum est, qui semel fidem Christianam professus, dogma falsum contra fidem orthodoxam, vel à Christo & Apostolis nobis traditam, vel vbi libet in Scripturis sanctis contentam, vel Ecclesiæ Catholicæ definitionibus nobis reuelatam pertinaciter asserit, siue ad articulos symboli pertineat, siue ad Sacramenta, siue ad authoritatem & iudicia Ecclesiæ, siue ad alias res, quas nobis credendas Sancta Romana, & Apostolica præcipit Ecclesia, proxi cum refert & sequitur Simancas vbi supra d. tit. 3. num. 9. hinc deducens non requiri vt contra totam Catholicam fidem errat hæreticus, sed sit esse si ab aliqua fidei parte aberrat. Hanc etiam definitionem probat nostra l. 1. tit. 3. lib. 8. nou. collect. reg. ibi: Hæreticus est todo aquel que es Christiano baptizado, no cree los articulos de la Fe Catholica, o alguno dellos.

Decimanona Propriè & merito dicuntur hæretici, qui ab vniuersali Ecclesiæ doctrina se separant, & sequuntur prauas electiones suas, credentes quæ colunt, & respuentes quæ non apperunt, vt ex Theophylact. ad Colol. 2. paulo post initium, & Isidor. l. 6. b. 8. Erymolog. c. 3. & D. Hieron. ad Titum 3. & Tertul. in lib. de hæret. præscript. refert Ludovic à Param de origin. & progressu Sæcæ Inquisitionis lib. 3. de hæresi & eius speciebus q. 3. n. 5. pag. 147. col. 2.

Vigesima descriptio est Param. vbi supra n. 6. quod hæresis est falsa opinio, & erronea in intellectu assertio contra Catholicam veritatem, ab eo qui fidem Christi accepit pertinaciter defensa, vel in dubium renocata, & allegat auctores huius descriptiois.

In summa, Hæreticus propriè (secundum aliquos) dicitur in duobus casibus tantum. Primo, quando sentit de articulis fidei aliter, quam sentiat Romana Ecclesia. Secundo, quando malè sentit de Sacramentis Ecclesiæ: ita inquit tenere communiter Doctores Boslius in titulo de hæret. n. 6. 1. ¶ Sed obseruandum est in hoc, quod non modo hæreticus est ille, qui male sentit de articulis fidei, vel Sacramentis Ecclesiæ, sed etiam ille, qui habet peruersum dogma, vel gignit nouas opiniones fallas, aut veteres fallas & Ecclesiæ damnatas sequitur, vt inquit glossa penultima in Clem. vnic. de vsur. Tranquillacen. in tr. de fide Catholice. c. 14. & cum eis lul. Clar. §. hæresis, in principio. ¶ Inde inferens & probans, quod si aliquis asserat simplicem fornicationem non esse peccatum, erit iudicandus hæreticus: pariter si quis dicat periurium non esse mortale peccatum censetur Hæreticus. ¶ Aliam definitionem hæresis à Theologis traditam refert nouissime Tho. Sanchez in sua summa. lib. 2. c. 7. n. 1. nempe, quod hæresis est error intellectus voluntarius contra aliquam fidei veritatem cum pertinacia assertus ab eo, qui fidem recepit: atque per particulas declarat.

Supradictæ definitiones, seu potius descriptioes omnes sunt veræ, ad idemque tendunt, idcoq; eas retuli, vt ex his omnibus iunctis in summa absque resolutione aliorum librorum lector facile cognoscere possit quis sit hæreticus.

G

¶ Hæretici

¶ Hæresis namque ab electione dicitur, quia vni quique eam eligit disciplinam, quam putat meliorem, Dicitur Hieronymus super Epistolam ad Galatas habetur in *deap. hæresis*, 24. *quæst.* 1. Denique de supradictis, nempe quis dicatur Hæreticus, & de eius vera etymologia agunt plures alij, quos congerit Petrus Zened. in *suâ collectan. iur. Canonici* 103. *super cap. excommunicamus* et 1. *de heret. non. 1. pag. 260.* & Decian. *ten. 1. tract. crimin. lib. 5. c. 17. fol. 197. per totum*, ubi plurimos casus, & species hæresis enumerat: tunc in *cap. 18. per totum* enumerat plures species, in quibus quis hæreticus non est. Ex quibus deducitur plura esse necessaria ad hoc, ut quis hæreticus proprie dici possit.

29 Primum, quod fuerit Christianus baptizatus, ut patet ex prædictis definitionibus, seu descriptionibus & eorum authoribus nam, qui fidem Christi professus non est, Iudeus, Gentilis, Mahumetanus, aut quidvis potius quam hæreticus erit; etenim ab Ecclesia separatur hæreticus, quam qui baptizatus non est nonquam intravit, eius enim Ianna baptismus non est, Alph. à Castro *ubi sup. d. c. 7. col. 1.* & hoc receptissimis Doctorum sententiis comprobatur, ut per Iul. Clar. *d. 5. her. vers. ad hoc*, & Don Ioan Vela *de delict. c. 14. in vers. ex qua definitione*, pag. 17. & Canter. in *suâ qd. crim. c. 1. de her. Apostol. & c. n. 6. pag. 366. col. 1.* & probat latè Azueud. in *l. 1. iura tit. n. 13. cum seqq.* & Param. *ubi sup. n. 15. cum seqq.*

30 Hinc praxis communis in tribunalibus S. Inquisitionis processit, ut promotor fiscalis primò in accusatione contra hæreticum porrecta ponat, quod ille quem de hæresi accusat est Christianus baptizatus. Si enim baptizatus non esset à iudice seculari puniri deberet, ut post alios docet Simancas *ubi sup. n. 4.* & Azueud. *ubi sup. n. 16. cum seqq.*

31 ¶ In dubio tamen, quando qui est natus & conuersatus inter Christianos, præsumitur baptizatus, & per consequens poterit procedi contra eum si committit aliquam hæresim. Secus si sit natus & conuersatus inter Infideles, quia non præsumitur baptizatus, & per consequens non poterit puniri ut Hæreticus, ita Canter. *ubi sup.*

32 Hinc etiam fieri videbatur ut is, qui probabili errore ductus putat se baptizatum esse, cum vere baptizatus non sit, proprie non censetur Hæreticus, si postea hære si aliqua infectus fuerit. Sed verius est ut Hæreticus indicetur, & penis Hæreticorum subiacet, quia iste baptizatus est baptismo flammis, & quia in hac re plus operatur opinio quam veritas, ita Simanc. *d. tit. 3. n. 5.* addicens in id aliam hæretici definitionem Gabrielis in *4. sent. dist. 1. q. 2.* & Alphonsi. à Castro. *ubi sup. c. 8.* & Felin. in *c. si vero et 1. de sent. excommunic. l. 1. §. hoc autem ff. ad Syllan ex c. ult.*

33 de presb. non baptizato: ¶ nempe quod Hæreticus est, qui vere baptizatus vel pro baptizato se gerens pertinaciter errat, vel dubitat contra Catholicam veritatem. Et hæc est vigesima prima descriptio hæretici, & supra d. Simanc. sententiam probat etiam Azueud. *ubi sup. n. 24.* & Don Ioan Vela *ubi supra.*

34 Deducitur præterea ex supradictis, quod Cathecumenus, qui constanti animo baptismum suscipere statuit, & postea in hæresim lapsus fuit, hæreticus proprie dicendus sit, ita placuit Alph. à Castro. *d. c. 8.* quod in foro conscientie verum esse proficitur Simanc. *ubi sup. n. 6.* sed subsistit, quod attinet ad iudiciale forum, nam ille scit baptismum non esse baptismum exteriori, & aliaz rationibus de quibus per eum: quod si in hære-

sim laberetur antequam fuisset plene de Cath. fide instructus talis non esset Hæreticus censendus proculdubio secundum Castro *ubi sup.*

Similiter ex superiortibus infertur, infantem baptizatum, qui captus ab Infidelibus ante usum rationis didicit impietatem eorum, non esse censendum Apostatam, quia fides infusa non sufficit ad credendum, sed præterea opus est aliquo Doctore, iuxta consonam omnium Theologorum sententiam: non enim fuit hic in fide Catholica sufficienter instructus, tamen Christianus fuerit effectus per baptismum, ita probauit Alphonsi. à Castro dicto *c. 8.* & Simanc. *ubi supra num. 7.* & rursus *tit. 47. num. 83.* ait mitius cum his agendum esse, inferens inde *d. nu. 7.* interdu venia dignos esse recenter conuersos, si forte in aliquo errauerint priusquam in fide Catholica fuerint sufficienter instructi. Vnde Inquisitionis Hispaniæ ab Apostolica Sede concessum fuit, ut recenter conuersos etiam relapsos Ecclesia restituere possent, si modo constaret illos verè poenitentes esse: quod etiam refert & sequitur Azueud. in *d. 1. n. 16. & 27.*

Secundum necessarium est ad hæresim consummatam incurramdam, ut Christianus baptizatus in intellectu erret: nemo enim hæreticus fit absque errore intellectus. Fit igitur hinc, ut nullum opus exterius quantumvis impium & horrendum, hæresis esse possit sine intellectu errore, tamen vehementer, aut violentam præbeat suspensionem de hæresi. Hæc est constantis Theologorum, & Iuriconsultorum sententia, ut affirmat plures referens D. Simanc. dicto *tit. 31. n. 2.* & tenet prius Castro *lib. 1. de iust. her. puni. c. 1. & c. 7. in vers. secundum quid.*

Vnde si quis imaginem Christi flagellaret, vel Sacrosanctam Eucharistiam in luto conculcasset, proprie hæreticus non esset, licet inducant hæc vehementem hæresis suspensionem, cum tamen possint absque errore perpetrari, & ideo hæresim non probant, ut cum communi probat Don Ioan Vela dicto *cap. 14. pag. 58. ex textu in cap. nunc autem 21. dist. 1.* & tenet etiam Paramus *ubi supra n. 10. ubi n. 11.* quod sic Marcellinus Papa cum tempore Diocletiani & Maximiani Imperatorum à paganis compulsum, templum eorum ingressus Idolis thurificauit, non dicitur fuisse Hæreticus, ita decretauit generale Concilium, ut habetur *distinctione 21. cap. nunc autem*, ut optime tradit Decius *consil. 151. magni ponderis in principio*, Albertin. *de heretic. 6. p. quæst. 13. numer. 67.* quia compulsum adorauit Idola, sed non habuit peruersum dogma in mente, nec errorem contra fidem in intellectu: peccauit tamen grauissimè non peccato hæresis, ut ibi probat.

¶ Requiriturque quod error sit in fide Catholica, ut quis dicatur hæreticus. Proinde si quispiam crederet aliquam propositionem hæreticam esse, & illi pertinaciter adhereret, si tamen ea esset Catholica grauissimè quidem peccaret, sed in foro exteriori non iudicaretur hæreticus, quia nihil assitit contra Catholicam fidem, ut probat D. Simanc. dicto *tit. 31. n. 9.* ubi etiam quod non requiritur quod contra totam Catholicam fidem erret hæreticus, sed sit esse si ab aliqua fidei parte aberrer, secundum Conrad. Brun. *ubi supra citatum.*

Error igitur requiritur ad constituendam hæresim circa pertinentiam ad fidem, vel contra determinationem Ecclesiæ de rebus attingentibus ad fidem, vel ad bonos mores, & necessaria ad consequendam

quendam vitam æternam, ita Albertin. *de agnoscend. assertion. quæst. 2. num. 7.* D. Simanc. dicto *tit. 31. num. 9.* & Clatus in dicta *§. Hæresis, num. 2.* Rebuff. in *Bulla cens. Domini in glossa hæreticos in principio textu in d. 1.* & ibi latè nouus glossator Azueud. *num. 56. cum sequentibus tit. 3. lib. 8. nou. collect. regie. l. 1. tit. 26. par. 7.* Vnde si quis affirmaret terram esse maiorem sole contra communem Astrologorum sententiam (quod refert glossa in *ca. soluta, de maior. & obed. in versiculo, inter Solem & Lunam*, ille error non esse hæresis, quia non est de pertinentiâ ad fidem, ita Archiepiscopus Florent. *p. 2. tit. 1. c. 5. & part. 4. tit. 127. cap. 4. §. penult.* Caltr. *lib. 1. contra hereses, & alios referens Param. d. orig. & progress. Sancta Inquisitione lib. 3. tit. de heresi, & eius speciebus quæst. 3. num. 13.*

44 Ecclesia namque Catholica ut regitur ab Spiritu Sancto non potest errare in fide, & in determinationibus suis dicitur Magistra veritatis: & cum determinat aliquam affectionem esse falsam, non tribuit assertioni falsitatem, sed falsitatem latentem ostendit: sicut medicus visitans ægrotum pandit infirmitatem, non introducit, sic Ecclesia errores affectionum manifestat, & quos contra fidem, contra Sacram Scripturam, contra doctrinam generalem Sanctorum Patrum, & vniuersalium Conciliorum esse inuenit, hæreses esse proclamant: sicut Gabriel in *4. sentent. distinctione 12. quæst. ultim.* ut eam refert & sequitur Param. *ubi supra num. 14. pag. 545.*

45 Scientia præterea requiritur, nempe quod scienter quis erret in fide Catholica approbando falsa pro veris, incerta pro certis, vel e conuerso, ut tenet Simanc. *ubi supra num. 10.* & Clatus in *d. §. hereses, in versiculo item requiritur*, ubi quod hæc est omnium Doctorum communis & vniuersalis sententia sequitur etiam D. Ioan Vela *ubi supra d. c. 14. vers. 2.*

46 Et nõ solum ille dicendus est hæreticus, qui contra veritatem fidei Catholica sentit, sed quide veritate fidei dubitat, in his que ad Hæreticum exiguntur. Qui enim de fide dubitat ita etiam errat, sicut qui aliquot contra fidem asserit, quoniam ipsa sua dubitatione testatur se credere, sacram Scripturam posse fallere, & Ecclesiam falli: alioquin hoc de illis non crederet, nunquam de illarum dictis dubitasset. Denique is, qui dubitat, fidem amittit, quoniam firmitate caret, quæ fidei est annexa: quapropter, dubitatio vehementer eam de leuissima dubitatione nunc non loquimur, & fides simul in vnum coire non possunt: inquit enim D. Bernard. *fides ambiguum non habet, & si habet fides non est*, & Beatus Athanasius post datam fidei regulam ita inquit. *Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluum esse non poterit*, & ut Stephanus Papa ait, *dubius in fide infidelis est, quia vidisti me Theoma credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt*: hoc latius probat & prosequitur Alphonsi. à Castro *lib. 1. de iust. her. puni. c. 7. vers. secundum quod potest, ibi et his verbis.*

47 Qui hoc verum intelligendum esse declarat de illo solo, qui animo deliberato in dubitatione tali persistit, quæ illum inter utramque dubitationis partem medium & nutantem tenet. Alioquin si taliter dubitaret, quod magis ad veritatem fidei quam ad oppositam partem declinaret, non esset dicendus hæreticus: præsertim, si ex infirmitate quadam dubitaret, veluti contingit in primis moribus, & in illis qui natura hoc habent, ut sunt in qualibet re anticipis & dubij, & ass-

Præcis Criminalis.

duis conscientie scrupulis vergeantur: sequitur Rojas plures referens de *heret. 1. p. num. 272. cum sequentibus.*

Sic etiam inquit Ioan. Andr. in *cap. 1. de heretico*, quem alij sequuntur, ut dicit Lupus in *allegatione hæresis, §. 5. in principio*, & Iulius Clarus *§. heresis, in versiculo aduerte etiam*, quod tunc dubius in fide est hæreticus, quando in tali dubitatione habuit firmitatem animi, & quandam pertinaciam, propter quam perseuerat in illa dubitatione, alias secus, idem probat D. Simancas de *infirmatione Catholice tit. 28. num. 7.* dicens illud esse accipiendum cum aliquis consulto dubitat & in dubio persistit equaliter se habens ad utramque partem contradictionis, & quod aliud est si quispiam teneretur aliquo dubio contra Catholicam fidem cum dolore cordis: aut ignorantia aliqua, vel ex infirmitate animi sine pertinacia dubitaret non discedens à fide Catholica, sed paratus assentiri cognite veritati, is enim hæreticus non esset, *cap. 1. de heret. & ibi Doctores, & alij plures*, quos congerit Simancas *ubi supra, & Summa Toleti lib. 1. cap. 19. pag. 59. in versiculo, dubium etiam cum eadem pertinacia, & optime præ alijs Param. d. origin. & progress. Sancta Inquisitione lib. 3. tit. 2. de prima mundi ætate, num. 4. cum sequentibus, vsque ad fin. cap. 39.* ubi quod illa dubitatio fidei certam perniciem asserit, quæ sponte & dedita opera adhibetur, quam deliberatam Theologi nuncupant, Dicitur Thomas 2.2. *questione 4. artic. 8. ad primum.*

Regula igitur, ut ex supradictis patet, est, quod dubius in fide infidelis est, declarata ut supra, quam etiam latè comprobatur Tiber. Decian. in *1. tom. tractat. crimin. lib. 5. cap. 17. sub num. 3. in versiculo nono, dubius, fol. 197.* ¶ Vbi quinque modis eam declarat: primo, ut non procedat quando quis non dubitaret cum delectatione & pertinaciter persistens in ea dubitatione; sed tantum ex primis motibus, qui non sunt in potestate nostra, *cap. sed pensandum, 6. distinctione, cap. 1. cap. sciendum, & cap. sentario, de penitentia, distinctione 2.* Secundo, ut non procedat, quando quis esset paratus se corrigere, si aliud Ecclesia teneret. ¶ Tertio, ut similiter non procedat quando quis erraret per simplicitatem credens Patrem maiorem esse Filio, prout in hoc seculo pater maior est filio. ¶ Quarto, ut non procedat quando dubitaret de his, quæ non concernunt fidem, videlicet, si dubitaret an Planetæ moueantur contra vel cum firmamento, *cap. in quibus, ubi glossa, 22. quæst. 2.* ¶ Quinto, ut non procedat in dubitante circa ea, de quibus varie forent opiniones Theologorum, Archidiacon. in *cap. heresis, 24. quæst. 3.* Innocent. in *cap. ne imitari, de consensu.* Quas limitationes prius ex alijs posuit Felin. in *d. c. 1. de heret. & eas sequitur alios allegans D. Azueud. in d. 1. 1. num. 75.* & refert plures de hoc agentes Petr. Zened. in *suâ collectan. ad Decretal. 66. num. 1. pag. 208.*

Similiter Didacus Perez in *l. 3. tit. 4. lib. 8. ordin. pag. 83. colum. 1. in versiculo, ex quo requiritur*, intelligendam esse præfatam regulam censet de illo, qui pleno iudicio dubitat, ita ut si interrogetur de veritate nesciret in quam partem flecteret, nec esset paratus correctioni, quia Hæreticus pernixus est. Sed quod si quis ex ignorantia probabili, vel animi infirmitate dubitaret, non discedens à fide Catholica, sed veritatem cognite assentire paratus, cum pertinacia careat, Hæreticus non est censendus secundum Ioan. Andr.

G 2 86

& Doctores in d. cap. 1. de heret. & alios plures, quos ibi refert, & communem esse proficetur ex Nauar. in capitulo verbi 21. corollario, num. 492. pag. 140. 11. quæst. 3. & in man. c. 11. num. 17. Caltr. lib. 1. aduers. heret. cap. 10. eadem distinctione, sequitur Medin. in sua Summa in expositione 1. præcepti, §. 2. versio. la 4. pag. mibi 68. ad fin. & 69.

58 Obseruandum est etiam quod dubietas circa fidem dupliciter considerari potest. Sunt enim aliqui, qui de verbis aut scripturis dubitant circa ea, quæ ad fidem attinent: est quippe penitus interdictum, quid de veritate eorum quæ catholica fidei credenda proponit dubitare. Quo genere dubitationis hæsitauit Nicodemus de verbis Christi dicentis, nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre Regnum Dei: dubitauit quidem, quia non credidit verba illa vilo modo posse fieri vera, atque ideo dixit, quomodo potest homo nasci denuo cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris sue iterato intrare & renasci? Fuit igitur incredulus verborum Christi, ut sententiam Sanctorum Patrum (quorum doctrina fulget Ecclesia vt Sole Luna) sequutus affirmat & probat Alphonsus à Castro, dicto c. 7. in vers. primo dubitationis genere, aduersus Titelm. conan- tem defendere Nicodemum à vitio incredulitatis. Ad eundem modum dubitauerunt Iudei discipuli, qui erant in Capharnaum, de verbis Christi dicentis, Panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita, Ioan. 6. dicebant enim, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dubitabant quidem, quia non credebant dictis ab illo, cum dixerint *Durus est hic sermo, & quis potest eam audire?* Et tandem Abierunt retrorsum, & ob hanc causam Christi discipulatum reliquerunt: putabant enim hoc dicere Iesum, quod eum possent concisum sicut agnum coquere & manducare, Dominus autem exposuit eis ac dixit: Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest, quidquam, vt ex August. val. 11. super Ioan. probat Castro vbi supra.

59 Alio modo consideratur dubietas, non quidem circa verba & Scripturas fidei, quia eis integram fidem præbent, sed de verborum, aut Scripturarum intelligentia dubitant, credunt (inquam) verba esse vera & omni prorsus falsitate carentia: quid tamen per illa verba significetur dubitant. Quod genus dubitationis etiam circa illa, quæ firma & constanti fide credere tenemur, absque hæresis & cuiusvis alterius criminis nota haberi potest. Quo genere dubitauit Virgo Maria, cum Gabrieli Archangelo, Deum ab illa in vtero concipiendum annuntianti, respondit, *Quomodo fiet istud quoniam virginem non cognosco?* Perconatur quidem non quasi verbis Archangeli diffidens, sed eis firmiter credens, & modum quo verba adimpleri possent non perpendens, & de modo edoceri cupiens, vt exponunt Theophylactus & D. Bernardus, & cum eis Castro vbi supra.

60 Iuxta hunc etiam modum Scholastici Theologi faciunt, quam plurimas enim quæstiones ad discutiendam proponunt, non quod de re ipsa quæ proponitur dubitent, sed de modo, & illius intelligentia, quod sine vilo peccato & cum magno merito fit.

Tertio principaliter requiritur pertinacia ad faciendum absolutum & consummatum Hereticum, ipsa namque si deficiat, non dicitur formaliter & absolute Hereticus iuxta textum Diui Augustini in c. qui in Ecclesia, & in c. dixit Aposto-

lus, 24. q. 3. Clem. 1. §. perdo, de summa Trinit. & fid. Catholice. Castro d. c. 7. in versiculo *quartum & ultimum*, Petr. Gregor. 2. p. synag. iuris vniuersi, lib. 33. c. 4. num. 16. Ioan. à Rojas de heretic. 1. p. num. 41. cum sequentibus latissime D. Simanc. vbi supra tit. 48. per totum. Et in hoc omnes concordant secundum Clarum vbi supra in versiculo, ad hoc autem ibi, item quod sit pertinax, & late de his agit Spino in suo speculo reftam. p. 12. num. 19. pag. 75. & Didac Perez in l. 1. tit. 1. lib. 1. ordinam. colum. 31. in versio. quæro etiam, & late Param. vbi supra, dicto lib. 3. q. 3. num. 19. cum pluribus sequentibus & Azcu. in d. l. 1. num. 85. cum pluribus sequentibus & Don Ioan Vela de panis delicti cap. 14. in versio. 3. ex dicta definitione pag. 58. Summa Toleti lib. 1. c. 19. fol. 59. & Ludouic. Param. de orig. & progressu officij Sancti Inquis. 9. ro. ad fin. operis, de sollicitudine ad luid. &c. num. 64. pag. 852. vbi inquit certum esse & receptissimum tam apud Theologos, quam apud Canonistas, citans plures, nullum dici formaliter hereticum, nisi illum qui mente, seu animo pertinaciter affirmat aliquam sententiam contra fidem, apud quos erit videndum quid sit pertinacia in proposito, & quis dicatur pertinaciter defendere.

Neque obstat textus inc. super quibusdam, de verbo significatione, ubi declarans qui sunt manifesti heretici, de pertinacia non facit mentionem: quia respondetur Innocentio ibid. non agere de hereticis in genere, sed solum de hereticis manifestis, nec de illis, sed de istis ibi, quærebatur: & sic ad quæstia solum respondet. Non enim ibi dubitabatur qui essent pertinaces, aut Heretici dicendi, sed qui Heretici essent pro manifestis habendi, & ob id de pertinacia tacuit illam subintelligens, & solum de manifestatione & euidencia, de qua solum fuerat interrogatus, respondit: ita Castro vbi supra. & recte. Remanet igitur requisitum pertinaciæ, de quo ibi non queritur, in suo vigore ex Diuo Augustino, & ceteris iuribus præcatis. Sed alia plura circa pertinaciam in proposito differit Thom. Sanch. vbi supra num. 21. cum sequentibus. Verum illa quæstio difficilis controuertitur in proposito inter Doctores, vtrū aliqua propositio sit & dicatur hæretica secundum se considerata, sine vilo respectu ad proferentem? In qua Adrianus in 4. q. 1. de confessione, Tutrecem lib. 4. p. 2. c. 3. Ocham lib. 2. Dialog. cap. 11. 1. part. & Alphonsus à Castro lib. 1. de iusta heret. punit. c. 1. in versio. possibile est enim, asserunt quamlibet propositionem fidei veritati repugnantem esse, & debere dici secundum se hereticam, nullo habito respectu asserentis: tamen si proferatur ab ignorante absque pertinacia, talis appellandus non erit hereticus, cum non sit pertinax.

Rursus & per contrarium, nullam propositionem posse dici secundum se hæreticam sine ordine relato ad dicentem, tenet D. Thom. super Epistolam 1. ad Cor. c. 11. lectio. 4. & Caiet. super Diuum Thom. 2. 2. q. 11. art. 1. quos & vtriusque partis fundamenta refert Param. vbi supra num. 28. cum sequentibus, pag. 546. & sequenti, vbi prædictas opiniones sic diffidentes conciliari hunc modum, vt sola illa propositio formaliter dicatur Hæretica, quæ cum errore & pertinacia aduersus res fidei à Catholico prolata fuerit. Illa vero dicitur fundamentaliter & materialiter Hæretica, quæ secundum se considerata est in tali materia, quæ (vt facit) hæresim sonat & significat. Cui concinit doctrina mirabilis Magistri Cano. li. 12.


SVMMARIVM.

de locis Theol. c. 8. dicentis quod si ratio hæresis consideretur strictè & formaliter, vera est sententia D. Thom. & Caiet. Si verò ratio hæresis consideretur vtrin signis, sicut ratio sanitate est in vtrina, sic propositio secundum se potest appellari Hæretica, quia sufficienter insinuat ex parte obiecti id, quod sufficit vt aliquis sit Hæreticus, si pertinaciter illi ad hæreat.

63 Ex quibus omnibus iam clare patet, quod qui metu mortis, vel tormentorum, vel alia ex causa ore Christum negat, credit tamè corde, licet quidem mortaliter & grauissime peccet iuxta gloss. in c. non solum, & in c. fin. 13. q. 3. Doctores tamen illum non iudicant hereticum, nec est reconciliandus, vt attestat Calder. conf. 4. de her. & ex eo Clar. in §. heretici in vers. sed nunquid. Ex corde enim procedunt hæreses, non ex ore tantum, & ratio formalis hæresis non in factis aut dictis, sed in errore intellectus & voluntatis pertinacia consistit, vt supra probauimus. Quare hanc eandem sententiam sequitur plures referens & late probans D. Simanc. de infir. Catholice. 17. n. 35. cum sequ. vbi n. 33. quod qui tali metu lapsus est, & corde non discessit à fide Catholica, is nec Hæreticus fuit, nec Hæreticorum poenis affici debet, secundum Cyprian lib. de dupl. marty. Ambros. lib. 1. de paen. c. 3. Alexandrum Aleni. 1. p. q. 138. Albert in rubr. de heret. lib. 6. q. 12. Brun. lib. 1. de heret. c. 4. Idem sequitur alios referens Rojas vbi supra, dicti, l. p. n. 108. cum plur. segg. Vbi tandem n. 112. cum segg. probat Iulium Clarum vbi supra, dum affirmat quod ille talis est reconciliandus, & quod ab Episcopo absolutus & reconciliationis litteras impetrare solet, quod Rojas ibi dicit esse nimis absurdum, & rationi contrarium Sed Clarus non loquitur de iure, sed quod solent tales reconciliari, & sic de praxi & consuetudine illius Regionis, & refert in hoc alios plures auctores Petr. Zened. in sua collect. 66. n. 2. pag. 208. col. 2. Et quod huiusmodi reus possit absolui à quocunque confessorie tenet Medina in sua Summa in exposi. 1. præcepti, §. 2. in versio. la quinta.

64 Quæ præcedens sententia generalis in foro interiori verissima est, vt huiusmodi reus sit liber in conscientia ab excommunicatione, & aliis poenis contra Hæreticos impositis. Sed in foro iudiciali non videtur vera, cum solus Deus scrutatur cordium sit, & nemo præsumitur loqui quæ non prius mente agitaueit. Labos. ff. de supellect. legat. ita Don Ioan Vela vbi supra, in vers. quod si quis metu, &c. pag. 58. vbi allegat late hoc disputantem Rojas d. 1. p. & huius opinionis fundamenta ponentem à n. 176. Vbi cum pluribus numer. segg. latissime iure probat, & autoritate quamplurimum Doctorum, quod qui factum Hæreticum confitetur, & prouam intentionem & credulitatem negat, tanquam negatiuus relaxandus sit, etiam si de illo delicto non sit plenè convictus. Sed vt verisimile sit, quod is non consentit, nec Hæreticus, nec Apostata fuit, opus est vt doleat, & metu cessante statim redeat, agatque poenitentiam, vt fecit sanctus Marcellinus Papa, de quo supra, & sic non fuit Hæreticus, vt declaratum fuit in prædicto Concilio generali. Aliàs namque si diu traquerit huiusmodi reus, & non reclamauerit vtrique consensisse, ac rursus habuisse videbitur, 3. Ethic. c. 1. Concil. Ancyran. c. 3. l. 2. C. de his, quæ vi metuere causa sunt, & in terminis tenet D. Simanc. d. cit. 17. n. 37. & procedit in hac specie tradita per Rojas vbi supra.

Praxis Criminalis.



- 1 Hæresis panis, atque de eius iudice competente, & an & quando ex causa moderari aut commutari possit prædicta panis? & numer. segg.
- 10 Hæresis crimen est mere Ecclesiasticum, & ideo eius cognitio ad solos iudices Ecclesiasticos spectat, nullo vero modo ad iudicem laicum sub pana excommunicationis, nisi condemnatio, punitio, & exequutio ex remissione, vel requisitione Inquisitorum, vt in n. 11.
- 12 Cognitio criminis hæresis in quacunque parte iudicij secularis incidit ad iudices Ecclesiasticos remittenda est, & n. 13. De pena iudicij secularis aliud facientis, vel differentis executionem sententia iudicij Ecclesiastici, n. 13.
- 14 Iudices competentes criminis hæresis qui sint?
- 15 Inquisitor solus sine Diocesano, nec Diocesanus sine Inquisitore simul, tria non possunt facere, de quibus hic limitatur n. 16. in absolute. Sed in hoc contrarium probatur, n. 17.
- 18 Inquisitores Apostolici sunt iudices à Pontifice maximo delegati, quibus iure Pontificio data est iurisdictio plena contra omnes hereticos, & Apostatas.
- 19 Inquisitores Apostolici sunt iudices delegati ad vniuersitatem causarum, non vero ordinarij in plerisque tamen parum distant ab eis vt in n. 21.
- 20 Inquisitores Apostolici in vna Prouincia habent iurisditionem in solidum, & singuli separatim procedere possunt.
- 21 Reges Catholici Ferdinandus & Elisabeth Sanctum Officium Inquisitionis in Hispania introduxerunt & cetera, vt hic.
- 23 Inquisitor Generalis est caput, & Princeps officij S. Inquisitionis, quem eligit Rex noster, & Princeps maximus approbat, & quæ plenissimam potestatem tribuit, & quæ ad eius officij pertineant? & Beatus Dominicus fuit in Hispania primus Generalis Inquisitor, n. 24.
- 25 Inquisitorum officium, & potestas à quo tempore originem duxerit?
- 26 Episcopi autoritate ordinaria officium Inquisitionis exercebant. Et quod hodie eorum iurisditioni non est derogatum per deputationem Inquisitorum. Et praxis hodierna in hoc refertur, num. 27. Et quæ facere possint hodie vni sine alio? n. 29.
- 29 Episcopus delegatus à Papam tali causa, erit delegatus in ea, licet alias foret in ea Ordinarius. Et quid operetur tunc talis delegatio specialis? n. 30.
- 31 Delegatus specialis Papa in causa hæresis tenetur seruare in procedendo modum & stylum quem seruauit Inquisitores Generales.
- 32 Index secularis regulariter, quando ab Ecclesiastico remittitur sibi reus puniendus, non reuertitur processui iudicij Ecclesiastici, sed debet ipse de nouo cognoscere, nec tenetur præstare auxilium iudici Ecclesiastico, nisi sibi facta fuerit fides processus, & n. 33.
- 34 Index secularis, cum sibi traditur ab Inquisitoribus reus condemnatus de hæresi ad illum puniendum, non potest de illa condemnatione cognoscere, nec panam pro hæresi crimine commutare.
- 35 Index Ecclesiasticus licet cognoscat de crimine hæresis, non tamen condemnat ad panam ignis.

ignis, sed tantummodo declarat eum esse hereticum, & remitti iudici seculari puniendum.

56 Inquisitores remittentes iudici seculari quoscunque Hereticos pertinaces non incidunt in irregularitatem.

37 Praxis Inquisitorum cum remittunt reos puniendos iudici seculari, refertur.

38 Heretici infusim igne comburuntur. Idemque est observandum etiam si Hereticus sit nobilis, ut in num. 39. & prius strangulantur, nisi Hereticus sit pertinax, quia tunc vivus comburendus est, ut in n. 40. Et an de iure repariatur pena ignis imposita Hereticis? n. 41. & num. seqq.

46 Heretici peccatum grauius est ceteris peccatis, & num. 47.

48 Hereticus monendus est antequam pro tali declaretur, ut si velit poeniteat: quod si hoc faciat, seruandum est quod hic dicitur, nisi esset relapsus, ut in num. 49.

50 Relapsus, verique ad Ecclesiam & Deum conuerso non denegantur Sacramenta. Poenitentia & Eucharistia, sed tantum Extrema unctionio.

50 Heretici, etiam condemnati, si sponte redeant (cum modo non sint relapsi) perpetuo carceri sunt mancipandi. Et praxis, qua in hoc seruatur, n. 52.

53 Heretici confessi qua pena puniatur? distinguuntur ut hic, & n. 54.

55 Hereticus, an quando ante sententiam poenitere, & abire paratus est, non solum ut mortis poenam euadet, sed etiam confiscationem bonorum? n. 56 & 57 & 58.

59 Hereticus quoadque admittatur ad poenitentiam cum numeris seqq.

24 Heretici, si sponte noluerint resipiscere, cogendi sunt ad fidem, quam amiserint, recipiendam per rerum suarum subtractionem.

65 Heretici pertinaces persuerantes excommunicantur.

66 Heretici ab inferiore absolui non possunt, nisi alicui specialiter commissum sit. Inquisitores Apostolici, & Episcopi hereticos poenitentes absolui hodie per Bullam in cœna Domini, Inquisitoribus solum hoc est concessum, num. 66.

67 Confessarij non possunt absolvere poenitentes hereticos, praeterquam in articulo mortis, si Episcopi, & Inquisitores desint, n. 68.

69 Heretici, qui absolutionem petierunt, & signa poenitentiae ostenderunt, & per eos non sitiet quominus absolverentur, etiam post mortem absolui, & Ecclesia reconciliari possunt.

70 Parochus, nec alius Sacerdos in sacro Poenitentia foro non potest Hereticum absolvere, & quid tunc Parochus, vel alius Sacerdos facere debeatur?

71 Episcopus hodie a tenore sacro Concilio Tridentino in foro conscientiae absolvere potest occultos Hereticos, imposita illis salutari poenitentia. Et numeris seqq. an hodie hoc sit correctum per Bullam in cœna Domini quotannis legi solitam?

74 Hereticus mentalis absolui potest à confessario. Nec hic Hereticus mentalis incurrit excommunicationem, ut in n. 75.

76 Hereticum praesumptum ab Ecclesia in qua pena incidit? & n. 77.

De pena Hæresis, deque eius iudice competente.

In eandem l. i. tit. 3. lib. 8.

QVÆSTIO XXXIII.

VERO nunc circa 2. p. d. l. i. quæ sit pena heretico imponenda, & quis sit eius legitimus & competens iudex? Et in hoc lex nostra postquam exposuit Hereticum esse omnem illum Christianum baptizatum, qui non credit articulis fidei, vel alicui eorum addit: *Tunc esse talis, quæ per elucet Ecclesiastico fuere condemnando per heresim, pierda todos sus bienes, sejan para la nuestra Camara.* Quæ lex in hoc videtur de sumpta à decisione textus in cap. secundum leges de heret. lib. 6. ibi, Bona heretico cum ipso iure de fructum nostrorum consilio decernimus confiscata. Confiscationis tamen huiusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per Principes, aut alios dominos temporales (iuxta Greg. Papæ prædecessoris nostri declarationem) antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata. Alciat. in c. 1. n. 74. de offic. ord. D. Simanc. de instr. Catholicis. 9. n. 126. & alios allegans Thom. Sanchez in præcept. Decalogi lib. 1. c. 14. n. 1. ubi quod communi omnium consensu, & praxi receptum est, ut sicut bona ob crimen læsæ Maiestatis humanæ publicantur à die commissi criminis, l. si. C. ad l. l. l. Maiest. sic etiam ob hæresim publicantur bona à die commissi criminis: quamvis id non explicat textus in d. c. cum secundum leges, nempe à quo tempore bona heretici publicentur.

Et hoc ius commune respectu confiscationis bonorum omni tempore seruandum est, nec in eo vllum inquam Inquisitorum arbitrium est ad tollendum ius fisci per mitigationem, vel moderationem pœne bonorum, ut ibi notatur gloss. in Clem. 2. §. 1. & ibi Card. & in Clem. 2. §. ult. de her. Rojas de her. 2. p. n. 201. Tiber. Dec. 1. to. tract. crim. lib. 5. c. 4. n. 3. ad fin. ver. notandum. Vbi quod Inquisitor non potest post condemnationem facere gratiam, nisi inquisitus rediret post tempus gratiae, tunc enim si redit non publicantur bona, ut per Zanchin de heret. c. 25. n. 3. vbi Campegius in addit. sub lit. A. plures adducit. Ante sententiam vero Inquisitores commutare & mitigare possunt, ut cum Zanchin de heret. c. 21. in fin. dicente se ita intelligere iura in cap. hoc de heret. in 6. in Clem. 1. eodem tit. & in cap. abolendam, §. presentis, & in excommunicamus c. 1. §. 1. & §. adicimus, de heret. & eodem. Zanchin de heret. c. 19. n. 2. & cap. 16. num. 6. & in lucerna Inquisitor. verbo redire, n. 6. probat & tenet Tiber. Decian. d. c. 14. n. 37. Alias autem penas in hoc crimine possunt Inquisitores hereticis conuersis ex causa commutare, cap. ut commissi, de heret. in 6. Gundisalvus de heret. c. 8. num. 7. Etideo ex causa aliqua pœna corporalis, puta carceris temporarij, poterit commutari in pecuniam propriis locis, vel causis, c. accusatus, §. de questionibus, & §. si vero, de heret. in 6. Decian. d. lib. 5. cap. 49. num. 1. & 3.

Et in hoc hæresis crimine hoc amplius est speciale,

De pœna Hæresis, &c. Quæst. XXIII. 79

ciale, quo etiam post sententiam potest minui & immutari pœna, quando visum fuerit iudicibus, ut in d. c. commissi, §. necnon de heret. in 6. & Gundisalvus, d. 9. 17. num. 5. & Campeg. ad Zanchin, cap. 19. littera A. in versis, addit, rursus in versis, cui vero in fin. refert & sequitur Decian. d. c. 49. num. 4. Vbi sub numer. 14. quod quando pœna à iure est impolita expresse contra hereticum, & is damnatur ut hereticus, non poterit mutari. Sed bene potest, quando non condemnatur ut hereticus, sed ut suspectus secundum Zanchin de heret. c. 21. quia in his est arbitraria pœna.

Crimen ergo hæresis, vt ex supradictis iuribus patet, est mere Ecclesiasticum, & ideo eius cognitio ad solos iudices Ecclesiasticos spectat: nec potest iudex laicus aliquo modo in eo le intromittere sub pena excommunicationis, vt in cap. ad abolendam, & in cap. excommunicamus de heret. & in c. Inquisitionis, §. prohibemus, de heret. in 6. Et ita cum hæc conclusio transeat omnes indifferenter, vt inquit Alciat. in cap. 1. n. 73. de officio ordin. quem refert & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. §. hæresis, in versis. hoc crimen, & probatur aperte in d. c. cum secundum leges & in hac nostra l. regia l. huius tit. 3. lib. 8. & tenet plures citans Didac. Perez in l. 3. tit. 4. lib. 8. ordin. pag. 86. col. 2. Don Ioan Vela de pœnis delict. c. 14. in versis. ultimo adducitur, pag. 59. & latè allegans Simanc. de instr. Catholicis. tit. 9. n. 126. num. 1. & 2. vbi numeris sequentibus. Alia in proposito satis vtilia adducit Zanchin. de heret. cap. 8. vbi etiam additio, plura optima in proposito adducit Carrer. in practica criminis. de heret. num. 61. Tiberius Decian. d. 1. tom. tract. crimin. lib. 4. cap. 26. num. 4. & D. Azeued. latè in d. l. 1. num. 116. cum sequentibus, & simpliciter Paramus de orig. & progress. Sancta Inquisitionis lib. 3. c. 4. num. 82. pag. 387. col. 2. Estque communis & magis communis sententia, vt plures referens testatur Farinac. in suis questionibus crimin. 1. p. q. 8. n. 127.

Quare cognitio huius criminis spectat ad Ecclesiasticum, condemnatio tamen, poenitio, & executio illorum, quos Inquisitores declarauerint hereticos esse, pertinaces, relapsos, aut impetientes ad iudicem laicum, cum fuerit ab Inquisitoribus requisitus, prout in practica obseruari affirmat Palac. Rub. in c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor §. 48. fol. 184. num. 22. & huc probat cum aliis Simanc. d. tit. 36. num. 3. & cum Palac. Rub. præcitato Clar. vbi supra, & Farinac. vbi sup. num. 28. quicquid dicat practice. Milles, fol. 75. num. 38. quod hodie etiam iudex secularis cognoscit de crimine hæresis, & quod ipse vidit plures cremari propter hoc crimen à Proposito Parisiensis ex indulto Summi Pontificis. Verum in illo dominio (inquit Iulius Clarus) hoc non seruatur.

Et in quacunque parte iudicii secularis incidit eiusmodi criminum cognitio ad Ecclesiasticos iudices remittenda est, vt in cap. Inquisitionis, §. prohibemus, de heret. in 6. Abb. & ceteri in cap. cum sit generale, de for. comp. Alciat. in cap. 1. de officio ordin. num. 73. Maluer. in practica foren. tit. de remiss. ad fin. & alios referens Carrer. vbi sup. n. 61. Didac. Perez in l. 1. tit. 4. lib. 8. pag. 86. D. Simanc. d. tit. 36. sub num. 1. vbi num. 2. quod hoc amplius iure Regio prohibetur, ne quicquam secularium iudicum quauacunque dignitate, ac potestate sit prædictus, cognoscere villo modo præsumat de causis civilibus, aut criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquisitores, & iudices bonorum publicorum: nec sub prætextu

quidem subleuandi vi oppressos, quod aliqui saluberrimum & præsentissimum remedium esse solet, ad propellendas iniurias iudicum Ecclesiasticorum. Si qui tamen appellare voluerint in supra scriptis causis adire debent Senatui Sanctæ generalis Inquisitionis iuxta mandatum Regium datum Burgis 17. die Martij, ann. 1508. renouatum in anno proximo 53. refert Azeued. in d. l. 1. num. 117. cum sequentibus. Imò si iudex secularis se intromiserit in cognitione, & decisione talis criminis, aut executionem latæ sententiæ super eolâ per Ecclesiasticum differat facere, ipso iure excommunicatur, & si per annum in tali excommunicatione perdurauit, ut hereticus condemnandus est, vt in d. §. prohibemus, & in d. c. cum secundum leges, in fin. de heret. lib. 6. & in cap. ad abolendam, de heret. Carrer. vbi supra, n. 61. & Azeued. n. 119. & 120.

Iudices autem ordinarij huius criminis sunt, Summus Pontifex, Antistes locorum, Concilium Oecumenicum locale, Prouinciale, & Episcopale. Delegati autem sunt Inquisitores Apostolici, heretice prauitatis, & potest vterque eorum procedere simul & diuisim, non tamen possunt aliquem condemnare, nisi vterque interueniat, vt probat & declarat optimè Petrus Gregor. in 3. p. l. yntag. iuris vniuersi lib. 3. c. 7. num. 4. & §. 5. vbi quod tria sunt, quæ Inquisitor sine Duceccano, seu eius Officiali, vel Sede vacante sine deputato à Capitulo, nec Duceccano sine Inquisitore separatum non potest, nisi vna conueniant. Primum, non potest alter solus custodire & carceri duros, qui magis ad pœnam quam ad custodiam pertinet (vt plerumque sit) reum mancipare. Secundum, ne possit tormentis exponere. Tertium, vt solus non possit sententiam condemnationis ferre, & ante eum Simanc. tit. 34. n. 13. & 18. & post eos Don Ioan Vela de pœnis delict. c. 14. vers. vria quoque, pag. 60.

Absolvere autem potest iuxta glossam in Clem. 1. verba contra eos, de heret. ex quo ius antiquum solummodo correctum est in condemnatione. Est communis secundum practice. Carrer. quem refert & sequitur Clar. §. hæresis, versis, sed quis, est communiter recepta, & magis communis opinio, & ipsa veritas secundum Tiber. Decian. 1. tom. tract. crimin. lib. 5. c. 21. n. 11. fol. 214. col. 1. & lib. 4. c. 26. num. 4. vers. 4. fol. 168. col. 1. Quam etiam sequitur Petr. Gregor. vbi sup. num. 5. & est communis & tenenda secundum Didac. Perez, in l. 3. tit. 4. lib. 8. ordin. pag. 86. & Don Ioan Vela, vbi supra.

Nihilominus tamen contraria sententia verior est, & multis quoque placet, quibus assentitur D. Simanc. de Catholicis. instr. tit. 3. num. 8. dicens, quod est de consuetudine Hispaniæ merito recepta & comprobata: nam constitutione noua, abrogata sunt iura antiqua, quibus olim permittitur erat vt Episcopus & Inquisitor seorsim de his causis cognoscere, statuerent & iudicarent. Et qui condemnare prohibetur, neque absolvere quidem potest, cum hæc aduersa & contraria eiusdem sint potestatis, accedat identitatis rationis vtriusque casus, quia simul conferre sententias debent, vt integrum sit eorum iudicium, Clemens. ex eo de heret. qui condemnare de re iudic. & illic cum Aretin. Soc. & aliis DD. in Clemens. 1. de heretice. Syluester & Caietan. verbo excommunicationis.

Inquisitores Apostolici sunt indices à Pontifice maximo delegati, quibus iure Pontificio data est iurisdicção plena contra omnes Hereticos

& Apostatas, eorum officium non modo utile est Christiane Republice, sed etiam admodum necessarium vt late probat D. Simanc. tit. 34. num. 4.

¹⁹ Sunt tamen ij Inquisitores iudices delegati ad vniuersitatem causarum, non vero ordinarij vt per Rojas singul. fidei 97. quem sequitur Azeued. in d. l. 1. num. 126. tit. 3. lib. 8. nou. collect. reg. Tyber. Decian. 1. rom. trall. crim. lib. 4. c. 26. num. 4. in versiculo, alij sunt delegati, ibi. & isti dicuntur fol. 168. colum. 1. paulo post princ. ubi in versic. 1. quod licet sint plures Inquisitores in vna prouincia habent iurisdictionem in solidum & singuli separatim procedere possunt: quod non est in alijs delegatis secundum Abb. in cap. fi. de re iudic. & quod probatur in cap. per hoc de heret. in 6. vbi omnes. Nihilominus tamen in causarum cognitione atque in plerisque alijs parum distant ab ordinariis iudicibus cap. ne aliqui cap. per hoc de heret. lib. 6. & ibi DD. Anchar. & collect. in cap. ad abolendam de heretic. Gemin. consi. 54. Alciat. in Rub. de officio ordin. num. 19. quos ad hoc refert & sequitur D. Simanc. d. tit. 34. n. 14.

²² Reges nostri Catholici Ferdinandus & Isabella (ann. scilicet. 1476.) Sanctum hoc Officium Inquisitionis aduersus omnes hereticos auctoritate Pontificis maximi in Hispania introduxerunt & iudicij ordinem, quo etiam hodie Inquisitores vtuntur, magna ex parte instituerunt, per omnes Hispaniarum prouincias locis opportunis Inquisitores Apostolicos disposuerunt, quibus vniuersa Hispania cunctis heresibus liberata quiescit. D. Simanc. d. tit. 34. num. 5. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz in pract. crim. cap. 14. littera F. & Don Ioan Vela, cap. 14. vers. fuerunt autem: & inquit D. Simanc. d. 34. num. 6. quod caput & Princeps huius Sancti officij est Inquisitor generalis cuius Rex noster eligit & Pontifex maximus approbat: eque plenissimam potestatem tribuit in causis Hereticorum, & quod ad eius officium pertinet Inquisitores, & omnes alios ministros eligere: visitatores, ad Inquisitorum Prouincias mittere: cum poenitentibus & eorum filiis, nonnumquam dispensare, ac de rebus grauioribus deliberare consilij autem Senatus Sancti ac generalis Inquisitionis ab Inquisitore generali nominantur & a Rege nostro eliguntur, & hi summam habent cognitionem, & iurisdictionem: eorum autem officium est, causas appellationum excutere, dissidia Inquisitorum componere: crimina ministrorum punire, & cum Inquisitore generali de rebus arduis consultare, vt inquit Simanc. vbi supra num. 7.

²⁴ In Hispania autem primus omnium hoc munus Inquisitionis aduersus Albigensum & aliorum hereses Beatus Dominicus exercuit ann. Domini 1200. & postea in Italiam transmigravit, & cum Beato Francisco non mediocrem familiaritatem habuit, & officium Inquisitionis suis filiis exercendum reliquit vsque ad prae. Reges Catholicos, vt inquit Ignat. Salced. vbi supra, quem refert Don Ioan Vela, qui supra, quod nunc radicitus, & latissime enarrauit Paramus Inquisitor Regni Siciliae de orig. & progress. Sanctae Inquisitionis lib. 2. cap. 1. num. 12. demonstrans non quidem ann. 1216. Beatum Dominicum Inquisitorem creatum fuisse, tamen de anno dubitet Pegna, p. 3. directiorij comm. 31. Fuit igitur B. Dominicus primus generalis Inquisitor, qui auctoritate Apostolica hoc officium delegate Inquisitionis exercuit vt inquit Param. vbi supra in incipio cap. 1. in quo & genus & virtutes excelsas eiusdem Sancti enarrat.

Quod autem huius sacri tribunalis primaria & principalis potestas a Christo Domino (cum omnis potestas data est in caelo & in terra) Petro & eius Sacerdotibus fuerit demandata, & quod deinde Summi Pontifices matura deliberatione decreuerint, viros doctos, & Catholicos eligi, qui tanquam Apostolicae Sedis delegati hoc tam sanctum officium exercerent, dummodo ipsi Episcopi, aut eorum Vicarij praesentes essent cum Inquisitoribus in sententiis proferendis contra fidei noxios, probat late Paramus, d. c. 1. per textum in cap. per hoc, & cap. ne aliqui de heret. in 6. hocque contigisse circa quadringentos annos. Quia ante id tempus Episcopi auctoritate ordinaria illud exercebant, quod de Episcopis probat text. in cap. ad abolendam cap. excommunicamus, cap. fin. de heretic. Clementina 1. §. 1. de heret. Don Ioan Vela, vbi supra & Tyber. Decian. d. lib. 4. cap. 26. sub num. 4. in vers. ordinarij sunt Episcopi, vbi etiam, quod sede Episcopali vacante capitulum erit iudex ordinarius iuxta glossam in d. Clementina 1. §. 1. & omnes in d. e. ad abolendam.

Per hanc tamen Inquisitorum delegatorum iurisdictionem non est derogatum iurisdictioni Episcoporum, d. c. per hoc de heret. lib. 6. possunt enim communiter, vel diuisim de heresi cognoscere, vel inquirere, d. cap. per hoc extrauag. ex eo de heret. Sed quia ex ea diuisione magna oriebatur confusio, hoc iure vitatum vt Episcopus, eius vicarius, aut alter ab eo delegatus adstaret Inquisitoribus, qui cum eis simul Hereticos inquirat & condemnet: & sede vacante idem facere potest capitulum, d. cap. ad abolendam. Possunt tamen Inquisitores sine Diocesano aut eius delegato, & Diocesano sine Inquisitore hanc tria facere, inquirere, citare & capere, id est, ponere eos in custodia, Clementina 1. §. 1. de heretic. cap. per hoc c. vi officium, eodem tit. lib. 6. ita Don Ioan Vela vbi supra in vers. al. aduersus pag. 59. ad fin. & in princ. pag. 60. Quo iure in praxi vltim fuit me praesente capitulum huius almae Ecclesiae Cuiusaten. sede Episcopali vacante. Ad instantiam namque Officij Sanctae Inquisitionis oppidi de Lerena hoc munus delegamus cuiusdam viro graui vt simul cum Inquisitoribus nostro nomine cognosceret & sententiam ferret in causis fidei.

Tria tamen vt praediximus excepta sunt quae vnus sine alio facere potest de quibus supra, & hae de delegatis generalibus a Papa. Speciales namque iudices Papa etiam constituit, quod si facta fuisset alia delegatio generalis omnium causarum heresis in tali prouincia, non ideo impediretur, quo minus & ipse Episcopus specialiter delegatus non posset procedere & simul cum delegata generali, & separatim, modo communicent vtrique processus & vnite proferant sententiam si conueniant, sin autem, remittant ad Summum Pontificem. Et hic specialis delegatus teneatur seruare in procedendo modum illum, & stylium, quem seruauit Inquisitores heresis generales vt hae constituit expresse text. in d. cap. per hoc de heret. in 6. Extrauag. Benedict. 11. sub tit. de heret. in Extrauag. communibus, & incipit ex eo, quodam nouella constit. & refert Decianus vbi supra, in vers. delegati quod fol. 167. colum. 4.

Denique licet regulariter iudex secularis, quado

do ab Ecclesiastico remittitur sibi reus puniendus, non teneatur testare processui facto coram iudice Ecclesiastico, sed quod ipse de nouo cognoscere, est communis secundum Felin in c. si clerici in princ. n. 4. de iudic. quem refert Matth. de Afflict. super 1. p. consil. Regi Rub. 17. num. 32. & Curt. Iun. in l. Magistratibus num. 4. ff. de iuris omnium iudic.

³³ Sic etiam quando crimen est seculare, vel mixtum forti, de quo potuisset iudex secularis cognoscere, non tenetur ipse iudex secularis praestare auxilium Episcopo, nisi sibi fides de processu: communis secundum Alciat. in c. 1. n. 19. de officio ordin. prope eum refert, & sequitur Clar. in pract. crim. quast. 96. in vers. quero etiam in fin. ibi, si vero.

³⁴ Hoc tamen procedit in criminibus de quibus si reus fuisset laicus potuisset iudex secularis cognoscere: secus autem vbi cumque crimen de quo agitur est mere Ecclesiasticum, & sic tale, de quo iudex laicus nullo modo cognoscere potest: ideoque si Inquisitor, aut alius iudex Ecclesiasticus condemnet aliquem tanquam haereticum, deinde illum tradat iudici seculari puniendum, non poterit iudex secularis de illa condemnatione cognoscere, cum crimen heresis sit mere Ecclesiasticum, vt patet ex supradictis, sed habet Inquisitorum sententiam exequi: haec est communis opinio secundum Cagnol. in l. cum quidam puella in princ. num. 33. ff. de iuris omnium iudic. Et quamuis Bartan l. Magistratibus num. 4. contrarium teneat, & cum eo communiter Legistae secundum Menchac. de success. error. 1. par. §. 6. num. 16. & D. Simanc. vbi supra. tit. 34. num. 4. & Canter. in questionibus crim. cap. 1. de heret. c. 6. num. 36. & esse vlti receptum affirmat Iadoc in pract. cap. 61. num. 54. nihilominus prior opinio est communis praeteritum Canonistarum contra Bart. secundum Bero in cap. si clerici, num. 79. cum sequenti de iudic. Bossum in sua pract. crimin. tit. de heretic. num. 35. & eque verior & receptior sententia, & etiam vlti comprobata, & constitutione Bonifacii VIII. aperte confirmata in cap. Inquisitionis §. prohibemus de heret. lib. 6. Etque communis Canonistarum sententia, quam & Legistae sequuntur, vt plures referent hae omnia affirmat D. Simanc. vbi supra. num. 5. & communem proficitur eam sequutus Iulius Clar. vbi supra. qui in vers. hodie tamen, affirmat, quod regnante Catholico Rege Philippo semper vidit seruari, vt lata sententia de heresi contra aliquem per indices suos Ecclesiasticos, statimque remittitur iudici seculari, & absque alia cognitione traditur flammis comburendus, & in Hispania receptum esse refert ex Simanc. vbi supra. qui num. 6. & 7. & 8. refert quosdam casus, quos nonnulli excipiunt ab hac regula, eos tamen recte improbat, ac dicit non esse recipiendos in Hispania, eandem magis receptam appellat contra communem opinionem Legistarum Tiber. Decianus, 1. rom. tractat. crimin. cap. 26. fol. 167. vers. sed dist. fin. ita, idem lib. 5. cap. 25. fol. 177. num. 2. vbi latissime eam examinat: eandem restatur veram, & communem opinionem, & quod ita obseruatur in Regnis Hispaniae Cantera vbi supra. n. 59. pag. 117. colum. 2. sequitur, & communem restatur Spino vbi supra. num. 38. & plures allegans Petr. Cened. in sua collect. iuris Canonici §. 5. num. 2. super capit. excommunicamus 1. §. damnati de heret. pag. 186. vbi quod est approbata motu proprio Innoc. Octauij incipit dilectus filius, dato ann. 1486. die 30. Septembris, & alio Alexand.

IV. edito ann. 1260. incip. ad audientiam, 13. Kalend. Februar. Est verior & receptior sententia, & vlti comprobata, vt cum Simanc. testatur Azeued. in d. l. 1. num. 125. vbi se refert late dixisse in lib. fin. tit. 1. num. 7. lib. 4. & Extrauag. Urban. Quarti, & Clement. Quarti, Ex Zanchino de heret. cap. 8. addit. 1. & motu proprio Leonis X. inter motus proprios nouiter constituto. Vnde dubito de limitationibus Tiber. Decian. vbi supra.

Sed neque etiam potest; hoc casu iudex secularis poenam pro heresis crimine impositam commutare. Est communis secundum Bossum in titulo de heret. n. 37. & ita inquit se semper vidisse seruari Clarus vbi supra.

Licet autem iudex Ecclesiasticus de hoc crimine solus cognoscat, non tamen ipse condemnat ad poenam ignis, sed tantummodo declarat eum esse Haereticum, & remittit iudici seculari puniendum, vt obseruat consuetudo secundum Bossum in tit. de for. compet. post n. 161. & Clar. d. §. heresis, vers. sic tamen.

Neque Inquisitores remittentes curiae seculari quoscumque haereticos pertinaces incidunt in irregularitatem, quia Pontificis Maximi, & legum auctoritate hoc faciunt, idque est praecipuum eorum munus. Neque opus est protectione, aut aliqua intercessione, vt ab irregularitate liberentur, quia id nullo iure cauetur, quamuis Ecclesiasticam mansuetudinem debeat pro istis intercedere, vt cum alijs probat Simanc. d. tit. 34. n. 48. & plures congerens Petr. Cenedus, vbi supra. num. 1.

³⁷ Nihilominus praxis, qua haeretice prauitatis Inquisitores vtuntur, habet quod post condemnationem haereticorum eos tradunt iudici seculari, ipsum rogantes ne morte, aut membri mutilatione eos afficiat, sed cum damnato misericorditer se habeat, quod probat text. in cap. nominus, de verb. sign. cap. degradatus de poenit. dist. 7. lib. 60. tit. 6. p. 1. Cuius praxis meminit Directio. Inquisit. dum refert sententiarum formulas, & Zanch. de heretic. cap. 18. num. 7. in fin. vbi Campeg. in addit. sub lit. A & Tiber. Decian. 1. rom. tractat. crim. lib. 5. cap. 38. num. 23. fol. 132. & Didac. Perez in lib. 3. tit. 4. lib. 8. ordin. pag. 92. col. 2. & in princ. colum. 3. inquit hoc habet in Pontificali Roman. fol. 202. idque satis tutam est secundum Couarr. in Clement. si furiosus, 2. p. 1. §. 5. num. 5. de homicid. Tamen si tutius esse dicat, quod Inquisitores non traderent sic damnatos iudici seculari, sed eos condemnarent coram iudice laico, atque ita damnatos a propria iurisdictione dimitterent, vt denique statim iudex secularis eos morti, & igni traderet, sicut Henric. notat in cap. ad abolendam, de heret. quem sequitur Ioann. Igneus in l. 1. §. cum domus, num. 37. ff. ad Syllan. & Didacus Perez vbi supra. Probo tamen praxim praedictam, nec tutius esse existimo, quod praefatur Couarr. quandoquidem si in eum finem Inquisitores damnare debent hereticos in praesentia iudicis laici, atque ita damnatos a iurisdictione sua dimittere, vt denique statim iudex secularis eos morti, & igni tradat, idem est, ac si ipsi eos traderent iudici seculari morte afficiendis. Secutior igitur, vel saltem ita secura videtur praxis communis, ac illa opinio Henrici, & sequacium: non tamen probo quod videtur innuere, licet tandem relinquat cogitandum Felin. in cap. ad abolendam de heretic. & expresse probat Tiber. Decian. d. cap. 38. num. 24. fol. 232. nempe, quod etiam Ecclesiasticus iudex posset damnare ad mortem, & mandare seculari vt exequeretur, interfici

terfici faciendo, nec ideo irregularitatem incur-
rere. Sed potius sentio, & teneo contrarium,
nempe, male facere mandando Ecclesiasticum
iudicem seculari ut exequatur sententiam con-
demnatam ad mortem per ipsum iudicem Eccle-
siasticum.

38 Late iustissimum autem est atque generali
omnium consuetudini conforme, ut impij igne
comburentur, si nolint ad fidem Ecclesie redire,
ut cum aliis late probat D. Simanc. in *ius Catho-*
licis, tit. 49, num. 45. cum sequentibus, & in *dis-*
cretis, tit. 67, ex numer. 3. Covarr. lib. 2, var. resoluit.
cap. 10, num. 10. Menesius in 1, transgigere, num. 98. C.
de transgigere, practice, Iadoci, cap. 61, numer. 58. &
alios plures referens Clarus d. 5, heresis, in vers.
sed quero, Didac. Perez, in l. 1, tit. 1, in glossa, con-
tinuo pertinax, vers. ultimus etiam dubitatur, col-
lumn. 21, & in l. 3, tit. 4, lib. 8, pag. 91, in vers.
est & alia pena: ubi pag. 92, vers. quari potest,
ait, idem esse seruandum, etiam si Hæreticus sit
nobilis, Menoch. de arbit. iudic. casu 374, n. 2.
Rojas singulari fidei 91. Boffius in tit. de hereticis.
num. 26. Bañez 2.2. quest. 11, art. 4, pag. 653, in vers.
sed non tantum est, & Petr. Cened. plures alios re-
ferens in sua collect. iuris Canon. 55, num. 3, pag. 186.
column. 2.

40 Vbi quod hoc procedit postquam prius
strangulatur: nam si Hæreticus fuerit per tinax
vnius comburendus est, & quod hæretici pu-
niantur pena ignis ex communi usu testatur, &
authoritatis Sacre Scripture probat late Ti-
ber. Decian. 1, tom. tractat. crimin. lib. 5, cap. 42, n. 4.
fol. 238, aduersus Iaf. consil. olim. 1, volum. num. 3.
tenentem penam ignis non infligendam, & sa-
tis esse quod gladio, & ultimo supplicio pu-
niantur.

41 Tamen nulla lege nominatim reperitur in-
dicta hæc pena ignis Hæreticis, nec iure cano-
nico, nec etiam civili usque ad Federicam secun-
dam Imperatorem, qui Rex etiam Neapolitanus,
qui anno Domini 1222. legem promulgauit, qua
Hæreticos viuos iussit comburi, quæ sic incipit,
inconsuetum, & est prima in ordine constit. Regi.
vbi late per Afflic. num. 29 in 13, notabil. & n. 37.
22, notabil. & etiam num. 40, in 24, notabil. Sed bi-
soluminus quod præfata consuetudo seruanda sit
tenent Doctores ibi à Decian. citati, in vers. hoc
autem, fol. 239, col. 2, necnon & sup. relati. ¶ Et
Carol. V. Imperator ann. 1540. legem promulga-
uit, qua Hæretici pertinaces ignis supplicio dam-
nantur, respicientes autem gladio, mulieres vero
potui inhumatione, ut refert Iadoc. in praxi crim.
c. 61, n. 59.

42 Et prædictam penam ignis antiquissimam
esse, & consuetudinem præfata non esse ini-
quam, sed iuri diuino consonam cum Simanc.
vbi sup. tenet etiam Azeved. in d. l. 1, n. 176. cum se-
quenti tit. 3, lib. 8, non collect. Reg. ¶ Vbi etiam ex

44 Didac. Perez, quod prædicta pena ignis non est
omnibus Hæreticis infligenda, sed illis tantum,
qui vel relapsi sunt, vel in sua pertinacia, & im-
penitentia, usque ad prolationem sententia
perstiterunt. Eandem penam ignis refert D. Ioan
Vela de penis delict. 14, pag. 67, in prin.

Graui enim scelere implicatur ante Deum
nisi respiciant, damnationemque sibi quaesisse
factis notum est, cap. firmiter de Heret. ¶ Quod &
indicant illorum verborum synonyma, quibus ad
eos prodendos & notandos vsu sunt sacre Scri-
pturae vocant namque eos organa diaboli, vasa
ira, ad Roman. 8. fures & latrones, Ioan. 10. quia
Verbum Dei furantur, & adulterant, ut ait Ori-

gen. in Epistol. ad Roman. lib. 2, cap. 2. lupi rapaces,
Matth. 7. Antichristi, 1. Epistola D. Ioann. cap. 2.
Pseudopropheta 1. Epistola D. Ioann. cap. 4. Matth.
24. seductores, 1. Epistola D. Ioann. cap. 1. Pseudo-
Apostoli 2. Corinth. cap. 11. ut deduxi ex Pe-
tro Gregor. 2. par. synag. inris vniuersi lib. 3, c. 4.
num. 17.

Vnde Hæreticus morte æterna afficitur, cum
peccauerit aduersus diuinam Majestatem, quam
offendere grauissimum peccatum est, magis, quā
humanam majestatem, cap. vnguentis, & vbi glossa,
de Heret. cap. clericis de immunit. Ecclesia in 6. &
in l. Gazaro, C. de Heret. ¶ Et quod peccatum
hæresis sit grauius ceteris peccatis probat tex-
tus, vbi Cardinal. in cap. quid. autem num. 1. & 4.
24, quest. 3. D. Thom. 2.2. quest. 34, art. 2. Nauarr.
in man. cap. 21, num. 14. Didac. Perez in l. 1, tit. 4.
lib. 8. ordin. pag. 85, & hos referens Azeved. in d.
l. 1, numer. 160. & 161. Accedit prædictis illud
D. Ioann. cap. 11, si quis in me non manserit mittetur
foras, & arefcet (ecce persecuerantiam & pertinacia-
m, de qua sup. egimus) & colligitur eum vide ibi
iudicium seculare quod sequitur, & in ignem mit-
tenti & ardebit. Ecce tandem penam mortis per
ignem quemadmodum prædicta verba in pro-
posito expendit erudit Petr. Gregor. vbi sup. d.
lib. 33, cap. 7, n. 2. pena ignis etiam comprobari
potest ex Diuo Ioann. cap. 15, in quo Dominus
noster Christus palmitem non ferentem fructum
vult abscindi, colligi & in ignem mitti, ut ardeat,
habetque originem ex l. veteri, & Evangelica,
ut vidimus & tangit Cantera cap. 1. de heretie.
Apostol. c. 6, num. 59, pag. 418, & probat latissime
Tiber. Decian. d. lib. 5, cap. 40, per totum. Sed &
Hæreticorum penas Canonicas, civiles & mix-
tas, necnon, & vltiones diuinas in Hæreticos dis-
simulantibus Principibus, vel ferentibus, Dei iu-
diciū manifestantes congerit curiosissime Pet.
Gregor. vbi sup. cap. 8, per totum, & Tiber. Decian.
d. cap. 40, cum sequent.

Ceterum si Hæreticus poenitens sit ac pa-
ratus redire ad fidem Ecclesie, & abiurare suam
heresim, prout moueri saepe debet, & viris Reli-
giosis & eruditis colloquentibus de ista causæ,
& animæ salute illi consulendum est, etiam si sit
pertinax (non enim statim in ignem mittendus
est, sed prius faciendum quod dicimus, nec pro-
tinus audiendus est, perire volens, sed sententia
differri debet, ut Hæreticus furor elanguat, ut
docet Simanc. d. tit. 46, num. 49. & Clarus, §. heresi-
stis, vers. cum tamen, & Petr. Gregor. d. lib. 36, c. 6.
num. 2, & Azeved. in d. l. 1, num. 177, & 178.) Ieiuna-
bit penas iure Hæreticis impostas, est tamen ad
perpetuos carceres condemnandus, ut in cap. pe-
nult. §. 1. de heret. Est communis, prout eam refert
& probat Clarus, in d. §. heresi, vers. ceterum, vbi
quod hodie statim penam potest superior Ec-
clesiasticus, & eam Inquisitor commutare per
text. in cap. omni commissi, de Heret. in 6. ¶ Nisi esset
relapsus: tunc enim omnino est igne cremandus,
etiam si vellet poenitere, & ad fidem Ecclesie re-
dite, quod de relapso late probat Simanc. tit. 57.
n. 10, cum sequentibus, ¶ Qui num. 16, & 17, iure
probat, quod relapso vere ad Ecclesiam, Deum-
que conuerso, non denegantur Sacramenta poe-
nitentia, & Eucharistia, sed tantum Extrema vn-
ctio, & Ecclesiastica sepultura.

Sed quod Hæretici etiam condemnati, si spon-
te redeant (dummodo non sint relapsi) perpetuo
carceri sint mancipandi tenet cum Igneo Tiber.
Decian. vbi sup. d. lib. 5, c. 54, n. 12, fol. 259, col. 1. Vbi
quod

quod hæc videtur communis opinio secundam
Igneo in l. 1, §. cum Dominus, n. 32, cum pluribus
sequent. ff. ad hylan. & quod absque dubio non
sunt eis deneganda Sacramenta, & debent in
suis ordinibus continuare.

32 Praxis vero nimis frequens atque vsitata in
sacro Sancto Inquisitionis foro versatur, cum
damnato ad perpetuos carceres post lapsum
triennij Inquisitorem generale solutum esse, di-
spensare: sed si ad perpetuos & irremissibiles car-
ceres quicumque fuerit condemnatus, si humilis
& verus poenitens apparuerit, lapsus octo annis
dispensatur. Hodie vero loco perpetui carceris
Hæretici ad triennes condemnantur, dummodo
debiles aut senes non sint: & huiusmodi con-
demnatio sit non ad minus tempus quam trien-
nij, ne sileus propter expensas plus incommodi,
quam commodi secum afferat, ut refert Ioan.
à Rojas de Heret. 2, par. numer. 102, cum sequenti di-
cens ita superioribus annis per prudentissimos
supremi Senatus Sacro Sanctæ generalis Inqui-
sitionis proceres maxima cum ratione decretum
fuisse, idque iure communi, cap. circuncisiones, 25,
q. 1. ibi, alieu vili operi deputentur, refert Aze-
ved. in l. 3, & 4, num. 18, & 19, tit. 3, lib. 8, non col-
lect. reg.

33 Si tamen Hæreticus in limine iudicij ante
accusationem confitetur, ad carcerem temporalem
cum habitu poenitentia pro breui tempore est
condemmandus: si vero post accusationem, au-
genda erit pena & poenitentia. Qui vero post
publicationem testium hæreses confitetur ad
perpetuum carcerem condemnandus est, quia
præsumitur quod metu probationum confitetur,
& talis confessio non caret suspitione Instruct.
Hispan. ann. 1484, cap. 14, ita Rojas de heretie.
2, par. n. 197, cum sequenti, quem refert & sequi-
tur, Azeved. in l. 3, & 4, n. 14, tit. 3, lib. 8, non collect.
reg. de qua re videndus est etiam Salzed. in addit.
ad Bernard Diaz in practice crim. cap. 136, in notis,
in vers. licet in crimine fol. 466, column. 2.

34 Vbi quod qui sponte ante propositam accusa-
tionem ad Sanctæ Ecclesie gremium redeunt
non debent perpetuis carceribus mancipari, nec
illi qui post capturam de se ipsis necnon de aliis,
quos Hæreticos esse sciunt, integrè pia mente
veritatem farentur: & quod potest etiam pro ar-
bitrio Inquisitorum prædicta pena perpetui car-
ceris condonari illis, qui ante publicationem tes-
tium redierint, seu si post publicationem tes-
tium redeunt, & tunc contententur cum se conui-
ctos esse intelligunt: nam tunc perpetuis carceri-
bus sunt recludendi, ut inquit esse sancitum in
Instructioe Hispan. cap. 8, & 11, referente Siman-
titul. 16, num. 17.

35 Illa tamen questio anceps, & controuersa est
in proposito, an quando Hæreticus non relapsus
ante sententiam poenitere, & abiurare paratus
est, non modo euitet penam mortis, sed etiam
confessionem bonorum, ipso iure à die com-
missi delicti impostam: Et euitaturam eam quo-
que, scilicet, confessionis bonorum, est magis
communis sententia, quam attestatur Paris. con-
sili. 2, num. 189, & sequenti lib. 4, secundum Iulium
Clar. in §. heresi, in vers. sed quero ibi, & nota, &
inquit Paris. vbi sup. quod hæc est opinio æquior,
humanior, & communiter recepta, & quod de
misericordia saltem bona sunt huic restituenda,
& quod est sequenda, quia est magis pia, æqua ac
mitis, & talis æquitas scripta habetur in cap. v-
nguentis cum simil. de heret. quo extante iudex pro-
cedere debet secundum æquitatem informatam

à iure, & quia naturalis & diuina iustitia indicant
dictam restitutionem fieri. Sequitur Rebuff.
de pacifice poss. num. 196, & Archiepiscopus To-
let. Mirand. in 4. Concil. Tolet. canone 59, & Tiber.
Decian. 1, tom. tractat. crimin. lib. 5, cap. 44, num. 10.
vbi alia in proposito villa adducit, idem Tiber.
Decian. d. lib. 5, c. 54, n. 3, & 9, vbi quod oportet ut
in sententia expresse dicatur, quod recuperet bo-
na & ea recuperet, & ad ea restituatur, & ut in d.
cap. vnguentis, & tenent Cardin. & alij, quos ibi
citatur, & tandem distinguit, & cum Paris. vbi sup.
eandem sequitur, Communem & æquioram esse
refert Farinac. in suis questionibus crimin. 1, parte,
tit. de delict. & p. n. 2, num. 16, vbi etiam distin-
guit: eandem sententiam pluribus comprobatur
Roland. à Vall. consil. 63, num. 24, cum pluribus se-
quentibus, volum. 3, cui se subscripsit Marc. Ant.
Nata.

Contrarium tamen in hoc verius & tenen-
dum est, nempe, ut Hæreticus quamuis sponte, &
ante sententiam ad fidem Catholicam velit redi-
re, & recipiatur gremio Ecclesie, non ob id eui-
tet publicationem bonorum, ut tenent Anton.
Imola, Abb. in d. cap. vnguentis, num. 2. Dominicus
in c. accusatus, §. si vero, n. 5, & in d. cum secundum
leges in 4, & 5, Grilland de heret. q. 6. Brunus de
heret. lib. 5, cap. 6. D. Simanc. de iustit. Catholic. ti-
tul. 47, num. 15, cum sequentibus. Et est communiter
recepta, ut ex eodem Simanc. (sed in meo libro
eum non inuenio in loco, in quo eum citat, nem-
pe cap. 9, num. 8.) testatur Rojas 1, parte de heretie.
num. 119, & 2, p. n. 190, cum sequentibus, & n. 158.
vbi etiam citat eundem Simanc. dicentem quod
ita communiter ab omnibus Inquisitoribus ser-
uatur, & alios, necnon & instructionem Hispan.
lenf. & aliam Cordub. increpatque Iulium Clar.
quod falso vbi supra, refert esse communem
opinionem contrariam. Hanc secundam sequitur
etiam Azeved. in d. l. 3, & 4, num. 15, & inquit Ro-
jas in d. 1, p. num. 120. Quod hanc opinionem tan-
quam iuri & rationi consonam passim in indi-
cando ipsi Inquisitores sequuntur contra Clau-
rum, & Archiepiscopum Tolet. vbi sup. quia cum
bona Hæreticorum sint ipso iure confiscata, illud
ius sicuti quæstum per poenitentiam & reconci-
liationem non tollitur, l. nec donno, C. de prec.
Imper. offer. l. fin. C. si contra ius vel iuris public. &
ita practicitur secundum Canter. in questionibus
crimin. cap. 1, de heret. c. sub n. 18, pag. 397, col. 1,
in prin. & tenet Don Ioan Vela de penis delict. d.
cap. 14, pag. 65, in prin. sequitur D. Thom. Sanch.
in sum. c. 14, n. 12, lib. 2.

Quando vero Hæretici conuertuntur intra tē-
pus, quod gratia vocant (& declarat Alphons. à
Castro lib. 1, de iustia heret. punit. c. 22, in vers. solent
enim Inquisitores esse, scilicet, quando Hæreticus
comparat coram Inquisitoribus intra terminum
ab eis assignatum edicto publico ad recognoscen-
dum suum errorem, & Tiber. Decian. d. l. cap. 54,
n. 3.) tunc priuilegio Principis bona non auferuntur
ab eis, d. c. vnguentis, de her. 1, instruct. c. 3, & 7.
Felin. consil. 10, Brunus consil. 5, de heret. c. 6, & hos re-
ferens Simanc. de iustit. Catholic. tit. 47, n. 16, vbi
n. 17, quod hoc amplius constituerunt Reges Cat-
holicis, ut ij, qui ad rectam fidem redeunt, intra
tempus ab Inquisitoribus præfinitum bona omnia
perinde recuperare, & dispensare queant, ac si
nunquam in hæresim incidissent, excepto si bona
immobilia alienare voluerint: id enim prohiben-
ti facere sine decreto Principis, ne bonis omni-
bus venditis ad Religionis hostes transfugiant,
2, instructio, cap. 5.

Dubium tamen maximum est, quousque admittatur hæreticus ad penitentiam? In quo plures opiniones referunt Doctores infra citandi: vnam Ioan. Andr. Abb. & Anan. in cap. excommunicamus. 1. §. 1. de heret. & aliorum tenentium hæreticum penitentem Ecclesie gremio excipendum esse, etiam post sententiam diffinitivam, donec tradatur Curie seculari, quia quando est sub Inquisitorum manu, tamdiu videtur esse locus penitentiae, & misericordiae. Et hæc opinio est mitior, & magis communis secundum Boher. decis. 343. n. 3. & 4. practice. Carrer. fol. 642. post numerum 159. & inquit Bossius in tit. de foro compet. post num. 137. & de Heret. num. 20. quod ita servatur, & alias observatum fuisse inquit Gardin. in cap. ad abolendam, col. 1. de Heret. & secundum eam consultit Bertrand. conf. 212. lib. 2. in 1. parte. de eadem observantia testatur Clarus, qui præd. refert. d. §. heretici, vers. sed usque, & refert plures auctores huius opinionis, eam communem esse profectur, & Boher. vbi supra, Rojas de heret. 2. parte num. 192. & Azaved. in d. lib. 3. & 4. num. 11. tit. 3. lib. 8. nou. collect. reg. Eandem sequitur plures allegans, & dicens quod eam approbant omnes Tibert. Decian. 1. tom. tract. crim. lib. 5. c. 39. num. 3. fol. 233.

60 Loquens in his, qui semel tamen lapsi sunt: vbi ex directorio Inquisit. in 3. parte plus dicit, quod si postquam hæreticus est traditus seculari, & ut ad ignem ducitur, poterit ut penitens recipi, & poena ignis commutari in mutationem, vel aliam similem. Et tandem superiorem sententiam ex Campeg. asserit esse consuetudinem ex longo tempore, & communiter approbatam, & melius latiusque idem Tibert. Decian. vbi supra, c. 5. §. 4. n. 3. per totum, fol. 28. vbi resolut, quod licet de rigore iuris verior & magis communis opinio sit, ut vique ad sententiam admittatur, post autem non, de æquitate tamen (nisi aliæ circumstantiæ obfint) & de misericordia hodie etiam post sententiam admittitur penitentia: & quod ita observatur de consuetudine, ut per Doctores quos ibi citat. Et quod eam sententiam ipse quoque absoluit sequitur, arbitrio tamen iudicis, qui perpendit diligenter an talis penitentia facta sit, vel suspensa secundum qualitatem personæ, & si credit eum ex corde contritum penitere, & hoc sibi certum esset, posset etiam post condemnationem, imo & dum ad supplicium duceretur, commutare poenam mortis in inclusionem muro, ut ex eo tradit Campeg. in addit. ad Zanchin de heretico. c. 16. in addit. 6. m. fi.

61 Sed hanc opinionem reprobat Simanc. d. tit. 47. n. 37. similiter, & numeris sequentibus, vbi refert aliorum opinionem tenentium hoc tempus in arbitrio iudicum non esse, ut modo retulimus ex pluribus relatis per Decian. vbi supra, & iterum in Enchirid. tit. 58. n. 16. & 17.

62 Quare ipse Simanc. d. tit. 47. n. 40. inquit, proficiens in tertiam opinionem, sapienter decreuisset maiores nostros, ut Hæretici penitentes vique ad sententiam diffinitivam admitti possint, nec deinceps venia aut clementiæ locus sit, citatque nonnullos huius opinionis auctores, & præsertim illam bene probat Alphons. à Castro lib. 1. de iura heret. punct. cap. 22. in vers. sed his omittis, & Rojas vbi supra, 3. parte n. 192. dicens de hac re esse instr. Hispanens. c. 12. & nouissime aliam Mantuæ Carpentan. vulgo Madrid, ann. 1561. Et n. 193. addit quod si in publico actu fidei Hæretici negatiui conuertantur, eorum conuersio facta, & si-

mulata præsumitur, & quod metu mortis potius quam fidei Catholicæ zelo conuertantur, & quod ob id raro, aut nunquam huiusmodi conuersio admittenda est, nisi videntur causæ subeant, veluti si quis multis lacrimis, & signis suis conuictetur errores, non solum de quibus est accusatus, sed etiam de aliis, & detegat alios complices præsertim personas sibi coniunctas & dilectas: & quod ex his & aliis, quæ Inquisitorum fidei & arbitrio relinquuntur, vera vel ficta conuersio perpendi potest, & quod ita dicta instructio Mantuana intelligenda est. Eandem tertiam sententiam tenet alios allegans Petr. Zened. in sua collectan. §. 5. n. 7. pag. 187. col. 2. & inquit Tibert. Decian. d. c. 54. num. 3. ad fin. ex Simanc. vbi supra, quod stylus Hispaniarum tenet, quod vsque ad sententiam admittitur hæreticus ad penitentiam. Et hæc sententia apud nos obtinuit, ut constat ex prima instructione Hispan. c. 12. ut affirmat Don Ioan Vela de pœn. delicti d. cap. 14. vers. aduertat, pag. 64.

Vnde non est tenenda alia opinio Abbatis in d. cap. ad abolendam, n. 5. de heret. qui per textum ibi: Si continuò post apprehensionem erroris sponte redierint, & a contrario sensu rotat, quod ex intervallo non sit admittendus Hæreticus ad penitentiam. Cuius opinionem communem esse asserit Paul. Grilland. de heret. §. 9. sed falso secundum Rojas vbi supra, d. n. 192. quia præcedens 3. sententia eiusdem Abb. est, quæ communis est, & tenenda in praxi, ut vidimus.

64 Quod si sponte hæretici voluerint resipiscere, cogendi sunt ad fidem quam amiserunt recipiendam per rerum suarum subtractionem. cap. post me, & cap. quousque, n. 8. d. cap. ipsa pietas, 23. §. 4. & cap. qui peccat, ibidem: & per corporalem animaduersionem, can. nimirum, & canon displicet cum sequenti. 23. §. 4. can. 1. 2. §. 3. & 23. §. 5. Sunt enim de numero eorum, quos Deus per vias & sepes iussit compelli in Regnum Dei intrare, Luca 14. sic D. Augustin. Epistola 40. & 50. non tantum mansuetudine, sed & seueritate reducendos putat. Nec enim aliena videri debet seueritas ab officio pastoralis, si vel saluas conseruet animas Deo, flagellis ad ouile redire iussus cogat errantes, paratus vlcisci omnem inobedientiam, ut ait Paul. 2. Corinth. 10. ab illius namque manu exquirenda sunt oves, quæ perierint, à Deo, Ezechiel 34. ut late prosequitur Petr. Gregori. vbi supra, d. lib. 33. cap. 6. num. 5. cum sequentibus, vbi late & luculenter soluit argumenta, quibus quidam Hæretici, & disciplinæ Ecclesiasticæ frena laxant, & impunitatem concessam incendio ferre inextinguibili Gallias vtriusque depopulari sunt, dicentes non esse ad fidem hæreticos cogendos, quæ & refert Brunus de heretico. lib. 3. cap. 3.

65 Quod si hæretici pertinaces perseverent, tolluntur ex forma præscripta à Deo, dum ait per Ioan. cap. 11. Siquis non manserit in me mittetur foras: ecce excommunicationis poenam, de qua est textus in cap. excommunicamus, in princip. & in cap. ad abolendam, de heret. cum simil. gloss. & communis in elem. 1. de sent. excomm. & quotannis à Pontifice Maximo hæretici excommunicantur.

66 Quamobrem ab inferiori absolui non possunt, nisi aliqui specialiter commissum sit qua ratione Inquisitores Apostolici, & Episcopi Hæreticos penitentes absoluant, d. cap. excommunicamus, de heret. & d. cap. ad abolendam, & lib. 6. cap. ut officium, & per Bullam in cena domini, hodie ipse Romanus

Roman. Pontifex committit Inquisitoribus, ut ipsi tantum possint absolvere, ut præd. referunt & probant D. Simanc. de instr. Catholicis, tit. 3. num. 11. & Cantera in suis quaestionibus criminal. cap. 1. de heret. apost. & num. 7. pag. 367. & Azaved. in d. l. 1. num. 143. cum sequenti, tit. 3. lib. 8. noua collect. reg.

67 Quo fit ut Confessarii electi à penitentibus, ut sacras confessiones audiant, quamvis ex clausula generali diplomatis, siue Bullæ Apostolicæ, à multis criminibus absolvere possint, Hæreticos tamen absolvere nequeant, quia id specialiter Inquisitoribus reseruatum est: nec veniunt ille generaliter esse concessum, quod specialiter denegatur. Nec enim probabile est, Pontificem Maximum tot legibus in fidei fauorem latis tam facile derogare voluisse, cap. in generalis, de reg. iur. lib. 6. l. si quando, Cod. de inf. fisco testamento: ita D. Couar. in c. Alma mater, 1. part. §. 11. num. 15. per totum, de sentent. excomm. lib. 6. Simanc. d. tit. 3. num. 2. Didac. Perez in l. 3. tit. 4. lib. 8. ordin. pag. 85. vers. vtrum. Rojas de heret. 2. part. assertione 39. de privileg. Inquisit. num. 416. vbi inquit hoc hodie plenius declaratum esse per Motum proprium Pij V. datum Romæ 3. Kalend. Februarii, ann. 1572. & Nauar. in Manual. Latino, edito Vallisolet. anno 1588. cap. 22. num. 255. & Azaved. in d. l. 1. n. 145. quamvis Dominic. à Soto in 4. distict. 22. quaest. 4. art. 3. dissentire quodammodo videatur. Cui sententiæ ad hæret. nouissime Tyber. Decian. 1. tom. tract. crim. lib. 5. cap. 21. num. 16. fol. 212. quia extrauagans Sixti IV. id expresse prohibens incipit. & si dominici, in desuetudinem abiit. Sed falluntur profecto: T. an si se declarat oy dia expresse in las Bulas de la Cruzada, que no puecan por virtud della absoluer los confesores del crimen de la Heresia, quod & late probat Emanuel Rodriguez in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 7. & nouissime Henriquez in sua Summa Theolog. moral. lib. 3. c. 16. num. 2. pag. 445. vbi limitant nisi particulariter & distincte hoc concedatur in Bulla, vel Iubileo, & plures citans Petr. Zened. in sua collectan. iura Canon. 103. super cap. excommunicamus el. 1. de heret. num. 3. §. vbi etiam, quod in articulo mortis absolui possunt hæretici absque Bulla, vel privilegio, à quocumque Sacerdote citans nos ad hoc, & alios plures. Quod intelligendum est si Episcopi & Inquisitores desint, ut in Concil. Arausicano, cap. 2. his verbis decretum est: Hæreticos in morte deseru mine posita, si Catholici esse desideret, si desit Episcopus à Presbyteris cum christiano & benedictione consignari placuit, c. his qui tempore cum sequenti, 26. quaest. 6. Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. ita Simanc. d. tit. 3. n. 3. & Azaved. vbi supra, in d. l. 1. num. 145.

68 Quinimo etiam absolui & Ecclesie reconciliari possunt post mortem ipsi, qui absolutionem petierunt, & signa penitentiae ostenderunt, & per eos non stetit quominus absoluerentur, cap. à nobis el. segundo de sententia excommunic. 4. Concil. Carthagin. cap. 76. cum sequenti, Gerlon in tractatu de absolut. defuncti, & Simanc. dicto tit. 3. num. 4.

70 Parochus autem, aut alius Sacerdos, cum Hæreticus in sacro penitentiae foro errores suos confateretur, nec absolvere eum potest, nec eum prode debet suadere ei ut consulatur generalis Inquisitor, qui pro qualitate casus arbitrio Senat. iurisdictionem Sacerdoti mandare poterit, eo magis quod absolutio illa in foro peni-

Praxi Criminalis,

tentia nihil obstat eorundem criminum cognitioni forensi: ita Simanc. vbi supra, num. 5. Hoc tamen cautè faciendum est, ne crimen occultum, & in confessione detectum, cuiusque auctor pandatur, & publicum fiat.

71 Hodie autem Episcopi absolvere possunt de cultos hæreticos in foro conscientia, posita penitentia salutari, & id gratis facere debent per se ipsos, non per Vicarios, ut in Concil. Trident. expresse canetur sessione 24. capite 6. de reformatione, incip. licet Episcopus, &c. refert Simanc. vbi supra, num. 6. & Tyber. Decian. vbi supra, n. 16. ad finem.

Nauarrus tamen in Manual. Latino, cap. 27. 72 num. 271. vers. 15. existimat hodie derogatum esse huic decreto Concil. Tridentini. per Bullam in Cena Domini, quotannis legi solitam: in ea namque casu 22. anno 1581. lata inquit Gregorius XIII. Ceterum à prædicta sententia nullus per alium quam per Roman. Pontif. nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc nisi de stando Ecclesie mandatis, & satisfaciendo cautione præstita absolui possit, etiam præterea quorumcumque facultatum & indultorum, quibuscumque personis Ecclesiasticis, secularibus & quorumvis Ordinum, etiam mendicantium, & militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel alia meliori dignitate præditis, ipsique ordinibus, &c. ac cuiusvis Concilij decretorum, verbo, literis, aut alia quacumque scriptura in genere, & in specie concessorum & innovatorum, ac concedendorum & innovandorum. Quo fundamento opinionem Nauar. vbi supra, probabilior existimamus, d. lib. 1. cap. 13. canon. quaestio. num. num. 28. & num. fin. adducentes Pium V. & Gregor. XIII. Summos Pontifices idem respondisse, ut accepimus à viro religiosissimo & fide digno, & testatur Nauar.

73 Post hæc autem Sixtus V. successor Greg. XIII. in Bulla in Cena Domini addidit: Nisi hi casus in illis litteris expresse comprehendantur. Quo extante indubium videtur, quod decretum Concil. Trident. in correctum & in suo robore remaneat: sique licebit Episcopis ut prædicta facultate Concil. Trident. sess. 14. cap. 6. in fin. ut voluit idem Nauar. in editione anno 1584. num. 260. & 275. & melius Eman. Rodr. in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 7. & latissime plures alios citans & bene probans Henriquez vbi supra, c. 14. n. 7. lit. M. pag. 439. & c. 13. n. 1. pag. 444. & nouissime idem probat cum aliis Candelabr. aureum septem Sacram. in tit. de absolut. n. 13. pag. 234. & voluit idem Nauar. conf. 15. de sententia excommunicat. n. 1 & 2. & Petr. Cened. vbi supra, num. 3. in fin. & ita aduertimus in 2. edit. can. quaestionum Martini facta ann. 1597.

74 Hæreticus autem mentalis tantum per Confessarium potest absolui, cum hæc mentalis hæresis, quæ exterius non prodit, non sit puniibilis ab Ecclesia, nec habeat censuram annexam, Simanc. tit. 42. n. 1. diximus lib. 1. canon. quaestionum cap. 13. num. 28.

75 Quod autem hæretici mentales non incurrant sententiam excommunicationis est communior, & rationi magis consona, ut late ibi probauimus numero tertio, quarto & quinto, & etiam Didacus Perez, in l. 3. tit. 4. lib. 8. ordinament. pag. 83. colum. 2. & pag. 84. colum. 1. & prius in l. 1. tit. 1. lib. 1. col. 34. quidquid nouissime aliud velit Cantera in quaestionibus crim. cap. 1. de heret. num. 8. per totum.

Supereft igitur ex supradictis in hac quaestione, 76 quod

H